This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



Digitized by Google

Digitized by Google

888
Xa
K95

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Xenophon.
[Anabasis]
5188.
5188

XENOPHONTIS

DE

CYRI MINORIS EXPEDITIONE

LIBRI SEPTEM.

RECENSUIT ET EXPLICAVIT

Dr. RAPHAEL. KÜHNER.

Addita est tabula geographica.

GOTHAE,
SUMPTIBUS BERNH. HENNINGS.
MDCCCLII.

Digitized by Google

888
X2
K95

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Quum decem amplius abhinc annos Xenophontis de Socrate commentarios emisissem, et bibliopola de bibliotheca Graeca optime merito adhortante et meo me animo impellente, nullam interposui moram, quin ad eiusdem scriptoris de Cyri minoris expeditione librorum editionem parandam accederem. Verum etiamsi institutum opus acriter atque impigre aggressus fui, tamen quam exorsus eram telam quominus strenue pertexerem, quum alia quae narrare nihil attinet intercesserunt impedimenta, tum maxime, quod librorum prius a me vulgatorum complures deinceps novas editiones curandi iniuncta mihi fuit necessitas. Sed quo tardius processit opus, eo tutiore, spero, incessit pede.

De ratione, quam in tractandis his libris inivi, eo pauciora praefanda videntur, quod, quam in illustrandis explicandisque Xenophontis de Socrate commentariis ingressus fui viam, eandem fere in his libris secutus sum. De eorum critica ratione separatim exposui in Prolegomenis (cap. VII.). Superest igitur, ut alterum interpretis munus, quod in enarrandis scriptoris et verbis et sententiis et rebus positum est, quo modo sustinuerim, breviter perstringam.

Ac primum quidem in eo enixe elaborandum putavi, ut non solum obscuriores et ad intelligendum difficiliores locos interpretando enodarem, sed etiam Xenophontis dicendi consuetudinem, quae multa habet propria atque singularia saepeque a reliquorum illius aetatis scriptorum usu recedit, quam diligentissime persequerer. Deinde quoniam sine accurata grammaticae cognitione neque subtilior linguae scientia comparari potest, et omnis interpretatio incerta vagatur, optime iuventutis studiosae rationibus consultum iri arbitrabar, si diligenter explanandis eis, quae ad grammaticam pertinent, subtiliore eius disciplinae cognitione tirones imbuere studerem. Denique

Digitized by Google

quantum ad horum librorum intelligentiam intersit, ut itinera a Graecis per Asiam facta regionumque situs accurate perspiciantur, sponte patet. Quare operam dedi, ut, quicquid hoc nomine explicatione aliqua indigere videretur, explicaretur, quanquam pro huius editionis consilio brevitati in hac re consulendum duxi.

Quae superiorum editorum, de horum librorum enarratione optime meritorum, studiis a me debentur, ea grato animo accepta suis cuiusque nominibus retuli. Gratias etiam ago quam maximas Friderico Augusto Menkio, gymnasii Bremensis doctori eruditionis pariter atque humanitatis laude florentissimo, qui observationes suas, Krügerianae editionis maioris margini adscriptas, breves illas quidem, sed reconditae doctrinae plenas, sua sponte atque ultro mihi obtulit. Quae inde mutuatus sum, auctoris nomine addito commentario meo inserui. In geographicis rebus illustrandis, ut eorum nomina, quorum libros iam superiores editores in usum suum converterunt, taceam, eximium mihi paratum erat auxilium duobus libris, qui recentissima memoria prodierunt, accuratissima Asiae regionum scientia doctrinaeque subtilitate conspicuis lectuque iucundissimis, quorum alter inscribitur: *Travels in the track of the ten thousand Greeks, being a geographical and descriptive account of the expedition of Cyrus and of the retreat of the ten thousand Greeks as related by Xenophon. By William F. Ainsworth. London. John W. Parker, West Strand.* 1844; alter: *Der Zug der Zehntausend nach Xenophons Anabasis, geographisch erläutert und mit einer Uebersichtskarte versehen von Prof. Dr. Karl Koch. Leipzig. J. C. Hinrichs'sche Buchhandlung.* 1850.

Denique facere non possum, quin duobus viris de hac editione optime meritis, Valentino Christiano Friderico Rostio, qui adornandae huius editionis curam religiosissimam suscepit, et Augusto Straubelio, qui plagulas typis descriptas summa diligentia emendavit, mentem palam tester gratissimam.

Scripsi Hannoverae die XXII. mensis Martii anni MDCCCLII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLEGOMENA.

I. De vita Xenophontis.

Xenophon, Grylli filius, Atheniensis, pago Erchicus fuit [1]). Quo anno natus sit, proditum non est; sed nostra memoria C. G. Krügerus [2]) gravissimis argumentis demonstravit eum ante annum 444. a. Chr. n. (ol. 84, 1.) lucem non adspexisse. Puer verecundus erat atque formosissimus. Aiunt [3]) Socratem ei quondam in angiportu obviam factum baculo praetento praeterire prohibuisse, percontantem, ubi res humanis usibus necessariae venirent. Ad quod quum adolescentulus respondisset, Socratem rursus ex eo quaesisse, ubi viri boni atque honesti fierent. Haesitanti: Sequere ergo, inquit ille, et disce. Ex eo tempore Socratis discipulus factus esse dicitur fidelissimus eique ita se dedit, ut non solum eius doctrinam mente percipere, sed etiam totam vitam ad illius praecepta conformare studeret. In pugna ad Delium, templum Apollinis in Boeotia situm, commissa (a. 424. a. Chr. n., ol. 89, 1.), qua Athenienses fusi sunt, in fuga de equo delapsum Xenophontem quum Socrates, qui huic pugnae pedes interfuerat, vidisset iacentem, illiusque equus aufugisset, humeris susceptum per multa stadia servavit, usque dum fuga finita esset [4]). Philostratus [5]) tradit Xenophontem captivum aliquamdiu in Boeotia vixisse. Factum id esse

---

[1]) Diogen. Laert. II. cap. 6. — *Ἐρχιέα δῆμός ἐστι τῆς Αἰγηΐδος*, Harpocrat. Vol. I. p. 77. Lips.
[2]) De Xenophontis vita quaestt. critt. Halis Saxon. 1822. p. 6 sqq.
[3]) Diog. Laert. l. d.
[4]) Strabo IX, l. p. 251 sq. Tauchn. Diog. L. l. d. Cf. Krüger. quaestt. p. 6 sq.
[5]) I, 12. Cf. Krügerum l. d. p. 17 sq.

Digitized by Google

Krügerus l. d. suspicatur a. 412. a. Chr. n. (ol. 92, 1.), quum Boeoti Oropum, ubi Atheniensium erat praesidium, proditione recepissent [1]). Illo tempore sine dubio hospitium amicitiamque inivit cum Proxeno, Boeotio, homine litterarum studioso rerumque magnarum cupido [2]), cum quo Prodicum sophistam audivisse a Philostrato l. d. traditur. Idem Proxenus, quum apud Cyrum minorem, qui eo tempore expeditionem adversus Artaxerxem regem, fratrem, paraturus erat, Sardibus commoraretur, Xenophontem per litteras domo arcessivit, pollicitus effecturum se esse, ut, si venisset, in Cyri amicitiam reciperetur [3]). Quas litteras ostendit ille Socrati consilium ab eo petiturus. Is cum Delphos misit ad oraculum consulendum. Profectus ad deum Xenophon rogat non, utrum melius sibi esset proficisci ad Cyrum, an manere, sed quo pacto optime proficisceretur. De qua re etsi Socrates eum vituperabat, suasit tamen, ut iter susciperet. Quod fecit Xenophon. Sardes profectus (401. a. Chr. n.) et in Cyri amicitiam receptus eum in expeditione comitatus est, ut tamen initio neque ducis, neque centurionis, neque militis gregarii munere fungeretur. Sed Cyro in pugna ad Cunaxa (3. Septbr. 401.) interfecto, quum Graeci se reciperent et Clearchus ceterique imperatores Tissaphernis perfidia interempti essent, a centurionibus Proxeni dux creatus munus susceptum tam praeclare gessit, ut brevi tempore universus Graecorum exercitus omnem salutem suam in uno Xenophonte collocatam existimaret. Inter summas regionum coelique iniquitates aliasque incredibiles aerumnas, innumerabilibus hostium copiis persequentibus, commeatus inopia premente, per terras incognitas, partim incultas, partim bellicosis ac ferocibus gentibus habitatas, exiguus Graecorum exercitus profectus maximam partem salvus atque incolumis Byzantium perductus est virtute, animi firmitudine, consilio, prudentia ducis Xenophontis. Quod quidem factum illustrius est quam splendidissima de hostibus victoria et non solum antiquitus, sed etiam nostra memoria tanquam eximium quoddam atque singulare impera-

[1]) Thucyd. VIII, 60.
[2]) Xen. Anab. II, 6, 16.
[3]) Xen. Anab. III, 1, 4 sqq.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

toriae virtutis atque consilii exemplum a summis imperatoribus clarissimisque hominibus amplissimis laudibus elatum est.

Byzantii, ubi Xenophon milites a Lacedaemoniis vexari vidit, eos ad Seuthen, Thracum regem, duxit, qui cum Graecis de expeditione in Thraces finitimos suscipienda consilia inivit. Qua finita, a Lacedaemoniis, qui tum cum Thissapherne et Pharnabazo bellum gerebant, invitati in Asiam redierunt; Xenophon Pergami, urbe Mysiae, praedae parte accepta, exercitus imperium tradit Thibroni, Lacedaemonio. Hoc est extremum quod Xenophon in suis de Cyri expeditione commentariis commemorat factum.

Haud ita multo post quam Xenophon exercitum e Thracia in Asiam traduxerat, exilio ab Atheniensibus est multatus [1]), quod cum Cyro minore, suae civitati inimicissimo, quippe qui in bello Peloponnesiaco Lacedaemoniis opem tulisset, contra Artaxerxem, regem Persarum, sibi amicum, expeditionem fecisset [2]). Quod nisi factum esset, in patriam rediturus erat. Qua de re eum in Asia remansisse, neque exercitum reliquisse, sed rerum a Dercyllida gestarum socium eorumque, qui Hellen. III, 2, 7. *Κυρσῖοι* commemorantur, ducem fuisse satis probabiliter demonstrarunt viri docti [3]). Etiam postea Agesilao, Lacedaemoniorum regi, quocum artam familiaritatem contraxerat, primum in expeditione contra Persas suscepta comes fuit (396.), dein cum eodem in pugna ad Coroneam, Boeotiae urbem, a Lacedaemoniis in Thebanos, Athenienses aliosque facta pugnavit (a. 394.) [4]). Lacedaemonii, Agesilao, ut videtur, auctore, Xenophontem *προξενίᾳ*, agro et domo in Scilluntis, urbis in Elide prope Olympiam sitae, agro donaverunt [5]). Sequebatur eum et uxor Philesia [6]) et duo filii, Gryllus et Diodorus, qui auctore Agesilao Spartae educati erant [7]). Eodem Mega-

---

1) V. Krügeri quaestt. §. 2. Cf. Xen. Anab. VII, 7, 57.
2) Pausan. V, 6, 4. Diog. L. l. d. §. 51.
3) V. Krügerum l. d. p. 21 sq.
4) Xen. Anab. V, 3, 6. Plutarch. Agesil. c. 18. Quo modo Xenophon excusandus sit, quod in Athenienses pugnaverit, exponit H. Weilius in Zimmermanni Annal. antiq. discipl. 1842. p. 144 sq.
5) Diog. L. l. d. Xen. Anab. V, 3, 7. Krüg. l. d. p. 23.
6) Diog. L. §. 52. appellatur *γύναιον*. Krügerus l. d. p. 19. demonstrat eam alteram fuisse Xenophontis uxorem.
7) Plutarch. Agesil. c. 20. Diog. L. l. d. §. 54.

Digitized by Google

byzus, Dianae Ephesiae aedituus, cui Xenophon tum, quum cum Agesilao ex Asia in Boeotiam proficiscebatur, pecuniam e praeda captam asservandam reliquerat, venit eique depositum reddidit, unde Xenophon in amoenissima regione deae aram et templum exaedificavit annuumque festum instituit, in cuius societatem et cives et finitimi veniebant et variis muneribus donabantur. Etiam venationes in deae honorem instituebantur [1]). Ibidem Xenophon, honestum otium litterarum studiis impendens, plurimos librorum suorum conscripsisse videtur. Sed postquam, Lacedaemoniorum opibus pugna Leuctrica fractis, Elei Scilluntem, superiore tempore sibi ab illis ereptum, receperunt (371. a. Chr., ol. 102, 2.) [2]), Xenophontis filii cum paucis servis Lepreum, Elidis urbem, clam aufugerunt, ipse primo Elidem, dein Lepreum ad filios indeque cum eis Corinthum profectus salvus evasit ibidemque domicilium suum collocavit [3]). Interea quum Athenienses Lacedaemoniis, qui tum bello Thebano implicati erant, opem ferre decrevissent (369. a. Chr.), filios Athenas misit apud Lacedaemonios militaturos. Gryllus in pugna ad Mantineam facta inter equites acerrime dimicans cecidit. Nuntius de filii morte ad eum perfertur, quum sacra facturus esset. Quum nuntium audiret, deponit qua cinctus erat coronam; quum autem fortiter occubuisse eum comperisset, rursus eam capiti imponit [4]). Sunt qui ne lacrimas quidem eum fudisse dicant tantumque dixisse: At enim sciebam genuisse me mortalem [5]). Tandem eiusdem Eubuli, cuius sententia exsilio affectus erat, decreto in patriam revocatus ille quidem est anno, ut videtur, 369. a. Chr. (ol. 102, 4.) [6]), sed non rediit. Remansit Corinthi ibique diem supremum obiit [7]); quo anno, incertum est, sed non ante annum 355. (ol. 106, 2.) eum mortuum esse maxime probabile est [8]).

---

[1]) V. Xen. Anab. V, 3, 6 sqq.
[2]) V. Krügerum in quaestt. p. 26.
[3]) V. Diog. L. l. d. §. 53.
[4]) Diog. L. l. d. §. 54 sqq.
[5]) Diog. L. l. d. §. 59. Plutarch. consol. ad Apollon. cap. 33.
[6]) V. Krügeri quaestt. p. 27.
[7]) V. Krüger. l. d. p. 30 sq.
[8]) V. Krüger. l. d. p. 28 sqq.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

II. De ingenio atque moribus Xenophontis.

Quae antiquitatis scriptoribus κατ' ἐξοχήν tribuitur virtus — σωφροσύνην dico, — ea in Xenophonte perfecta fuit atque cumulata. Σωφροσύνη autem in eo cernitur, ut, quicquid cogites, sentias, agas, dicas, in eo rectam teneas mensuram mentisque iudicium sanum, temperatum, sobrium conserves. Maximam vim atque momentum sine dubio habuit disciplina Socratis, qui unus omnium maxime excellebat σωφροσύνῃ, ad Xenophontis animum ingeniumque, qui ad magistri sui praecepta tanquam ad perfectum virtutis exemplar omnem vitam suam composuisse videtur, ut iure germanus Socratis discipulus appellari possit. Atque ex hac temperantia sua sponte efflorescit perfectissima illa virtus, quae apud Graecos καλοκἀγαθίας [1]) nomine ornatur. Quae si in eum cadit, qui omnes et corporis vires et animi ingeniique facultates ita excultas habet, ut alterae cum alteris quasi quodam concentu congruant atque concordent: quis dubitabit eam cumulate tribuere Xenophonti? Etenim is, et a natura speciosa forma egregiisque animi mentisque praesidiis instructus, corporis vires gymnicis militaribusque exercitationibus, venando, equitando firmaverat, ingenii facultates litterarum, philosophiae omniumque liberalium artium doctrinarumque studiis expoliverat, vitam denique moresque Socratis in primis disciplina atque exemplo ad probitatem, innocentiam omnemque virtutem conformaverat. Non splendet ille quidem beata illa copia atque lactea ubertate, qua Herodotus insignis est, non admirabili illa ingenii altitudine, mentis perspicacitate, animi gravitate, qua Thucydides pollet, sed illud Xenophonti tanquam suum atque proprium tribuendum est, quod nunquam extra iustos fines ac terminos vagatur, sed semper rectum tenet modum [2]) eandemque in omni re conservat aequabilitatem, quod mentis sanitatem, iudicii elegantiam animique candorem probat, quod denique mira

[1]) Fr. Creuzer, *Die histor. Kunst der Griechen.* Ed. 2. 1845. p. 224: „*eine durchgängige Harmonie ist das innerste Wesen des Xenophontischen Geistes.*"

[2]) Creuzer. l. d. p. 225: „*seine Eigenthümlichkeit ist das Maſs selbst.*" H. Weilius in Zimmerm. Annal. antiq. discipl. 1842. p. 143 sqq. paullo iniquius iudicat de ingenio Xenophontis.

Digitized by Google

Atticae urbanitatis subtilitate excellit. Verum quae eiusmodi indoli facile adhaerescunt vitia, nimia quaedam ingenii siccitas ac iciunitas, ex eisdem Xenophon eximendus plane non est. Neque liber erat superstitiosa quadam rerum contemplatione; nam ne commemorem sacra deorum, religiones caerimoniasque publice receptas summa eum pietate coluisse, etiam auspiciis, prodigiis, ominibus vaticiniisque diligentissimam operam navavit, quin immo somnia curavit [1]). Quanquam his in rebus Socratis, magistri sui, exemplo excusatur, quem constat non modo ipsum omnes divinos ritus religiose observasse divinationeque usum esse, sed etiam discipulis suis, ut idem facerent, praecepisse. Hanc superstitionem Xenophon etiam ad historiam transtulit. Unde factum est, ut, ubi rerum caussae earumque inter se nexus indagandus esset, praesentem deorum vim admittere soleret [2]). Nimirum eius mens iudicii quidem sanitate vigebat, sed non ea sagacitate atque perspicacitate erat instructa, quae reconditas abstrusasque vel philosophiae vel historiae quaestiones acri subtilitate acerbaque severitate perquirere posset atque enodare rerumque atque eventorum contextum perscrutari et ex singulis quasi membris unum corpus efficere [3]). In singulis potius rebus, in primis eis, quae ad communem vitae usum spectabant quasque in deliciis habebat, ut rebus militaribus, venatione, equorum tractatione, reipublicae administratione, vitae praeceptis, aut in singulis personis, quas maxime admirabatur, ut Socrate, Cyro minore, Agesilao, contemplandis persequendisque acquiescebat. Quare in libris, quos de historia scripsit, narratorem potius rerum elegantem, suavem, iucundum, utilem, quam investigatorem atque existimatorem subtilem acutumque sese exhibuit. Quippe, non ad otiosam et in rerum contemplatione positam, sed ad actuosam industriaeque plenam vitam natus factusque, omne studium suum, omnem operam cogitationemque in eo collocatam habebat, ut, magistri sui exemplum secutus, quicquid vel faceret vel mente agitaret, ad vitam recte instituendam, ad hominum mores vir-

---

1) V. Xen. Anab. III, 1, 11 sq.
2) Cf. Creuzerum l. d. p. 226.
3) Cf. H. Weil. in Zimmermanni Anal. antiq. discipl. 1842. p. 146.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

tutis ac sapientiae praeceptis emendandos, ad ingenia utilium rerum cognitione imbuenda, ad reipublicae salutem domi militiaeque promovendam, ad civium utilitatem felicitatemque augendam referret. Quare in primis in hominum vel virtutibus vel vitiis contemplandis magnorumque virorum exemplis ad imitandum proponendis versatur. Quae quum ita sint, non est, quod miremur Xenophontem Lacedaemoniorum rem publicam, mores, instituta summo amore atque admiratione complexum esse, ab Atheniensibus contra mentem abalienatam habuisse. Scilicet in Atheniensium re publica illis temporibus morum disciplina dissoluta erat omnesque virtutis nervi fracti; luxuria, intemperantia, temeritas usquequaque grassabantur. Apud Lacedaemonios contra adhuc vigebat morum gravitas, disciplinae severitas, animorum moderatio ac temperantia.

III. De elocutione Xenophontis.

Ex eis, quae de Xenophontis animi ingeniique facultatibus disputavimus, sponte patebit, qualis eius fuerit elocutio. Nam qualis est cuiusque mens, talis est oratio. Altera ab altera pendet, altera cum altera congruit. Tria sunt genera dicendi: tenue (*ἰσχνόν*), plenum (*ἀδρόν*), medium (*μέσον*)[1]. Tenue, quod etiam submissum, subtile, humile appellatur, usitatissimam sequitur puri sermonis consuetudinem; plenum aut grave orationis maiestate ac sublimitate excellit; medium ex utroque genere est temperatum. A grandi et sublimi oratione Xenophontis ingenium abhorrebat, sed in tenui et medio genere floruit. Sonus, quo usus est, lenis est et mollis[2]; oratio subtilis, limata, simplex, sed non sine nervis ac sanguine, pressa, sed dilucida rebusque apta[3], non fuco illita, sed nativa sua-

---

[1]) V. Cicer. Orat. VI, 20 sqq. Scriptor ad Herenn. IV, 8. Cf. Ellendt. ad Cic. de Orat. III, 52, 199.

[2]) Cicer. de Orat. II, 14, 58. Brut. XXX, 132.

[3]) Dionys. Halic. de praecip. histor. Vol. VI. p. 778. R.: *καθαρὸς μὲν (Ξενοφῶν) τοῖς ὀνόμασιν ἱκανῶς καὶ σαφής, καθάπερ ἐκεῖνος* (sc. *Ἡρόδοτος*)· *ἐκλέγει δὲ ὀνόματα συνήθη καὶ προφυῆ τοῖς πράγμασι καὶ συντίθησιν αὐτὰ ἡδέως πάνυ καὶ κεχαρισμένως.* Sed Herodotum praefert ob maiorem orationis granditatem.

Digitized by Google

vitate ac venustate commendata, luminibus figurisque dicendi abstinens, leniter et aequabiliter profluens, ad decentiam composita omnibusque Attici sermonis leporibus et veneribus condita. In hoc humilis tenuisque et plenae gravisque orationis temperamento Xenophon summus exstitit artifex. Attico sermoni non raro quidem admiscuit vel vocabula vel vocabulorum formas e dialectorum varietate vel adeo e poetica oratione petitas [1]), sed tanto in hac re usus est iudicio tantaque intelligentia, ut iam antiquitus apis Atticae nomine ornaretur, quippe qui apis sedulae instar hinc illinc dicendi flores ac veneres decerpsisset, collegisset summaque cum elegantia in usum suum convertisset. Quare non mirabimur plenos esse laudis gravissimos huius rei existimatores. Xenophontis sermonem melle dulciorem esse dicunt [2]); Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt [3]); Xenophontis admirantur iucunditatem inaffectatam, sed quam nulla consequi affectatio possit, ut ipsae sermonem finxisse Gratiae videantur, et, quod de Pericle praedicetur, in hunc transferri iustissime possit, in labris eius sedisse quandam persuadendi deam [4]).

At enimvero quemadmodum granditas orationis facile transit in inanem tumorem, ita tenue genus dicendi in exilitatem, siccitatem, ieiunitatem, famem. In quae quidem vitia Xenophontem nonnunquam incurrisse negari non potest. Frequentissime id factum est in Hellenicis, rarissime ac propemodum dixerim nunquam in Cyri expeditione. In hac enim uti rerum, ita orationis mira est varietas. Sed iam progrediamur ad ipsam Anabasin accuratius diiudicandam.

IV. De Xenophontis expeditione Cyri.

Xenophontis de Cyri minoris expeditione commentarii omnium quos conscripsit librorum sine dubio principem obtinent locum. Quippe hi commentarii tractant res, quarum ipse

---

[1]) V. indicem vv. poetica vocabula et solutae formae.
[2]) Cicer. Orat. IX, 32.
[3]) Cicer. Orat. XIX, 62.
[4]) Quintil. Inst. orat. X, 1, 82.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

non modo testis oculatus fuerat, sed etiam socius, quas maximam partem sua ipse virtute, suo consilio, sua prudentia gesserat. Hic erat campus, in quo omnes eius virtutes in vitae usu positae clarissime exsplendescere poterant. Ipse erat miles, ipse imperator, ipse gravissimarum rerum auctor et moderator. Versatur in sole atque pulvere, in celebritate militum, in strepitu armorum castrorumque. Omnia vigoris, succi, viriditatis plena sunt. Oratio non captat flores ac lumina dicendi, sed nativa simplicitate, sed inaffectata suavitate, sed aequabili lenitate ita se commendat, ut legentium animi admirabili quadam delectatione alliciantur atque retineantur. Terrae, regiones, urbes, itinerum difficultates aerumnaeque, acies formaeque pugnarum, mores gentium hominumque aliaque multa ita describuntur, ut quasi oculis nostris subiecta intueri, ut in ipsis rebus versari, ut cum fortissima Graecorum manu et prosperas et adversas res partiri ac communicare videamur [1]). E multis exemplis pauca delibemus.

Ex notationibus morum comparemus quae de Cyri minoris, de Clearchi, de Menonis, de Proxeni ingenio tradita sunt [2]). Omnia tam plane atque dilucide dicuntur, ut virorum illorum expressae quasi imagines legentium animis obversentur. Parcus quidem est Xenophon in describendis hominibus, sed res, quas gesserunt, tam luculente narrat, ut, de moribus eorum ingeniisque quid iudicandum sit, sponte appareat. In primis admirabilis est modus, quem servat in adumbrandis rebus luctuosissimis atque formidolosissimis. Nullas dicendi faces adhibet, nullas excitat tragoedias ad legentium animos commovendos. Nuda rerum narratione mentes nostras gravius movet ac maiore miseratione afficit, quam si omnibus dicendi artificiis usus esset. Rerum veritatem sequitur, non animi affectum, ne in eis quidem rebus, quae ad ipsum pertinebant. Comparemus modo quae de foedissima illa a Persis in Graecos perfi-

---

[1]) Eleganter Plutarchus in Artaxerx. c. 8. de Xenophontis pugnae ad Cunaxa commissae descriptione sic iudicat: *Τὴν δὲ μάχην (τὴν ἐν Κουνάξοις) ἐκείνην πολλῶν μὲν ἀπηγγελκότων, Ξενοφῶντος δὲ μονονουχὶ δεικνύοντος ὄψει καὶ τοῖς πράγμασιν, ὡς οὐ γεγενημένοις, ἀλλὰ γινομένοις, ἐφιστάντος ἀεὶ τὸν ἀκροατὴν ἐν πάθει καὶ συγκινδυνεύοντα διὰ τὴν ἐνάργειαν.*

[2]) Anab. II. cap. 6.

Digitized by Google

dia eorumque caede breviter ac sine ulla ciulatione dicuntur [1]); quae de incredibilibus acrumnis ac miseriis, quae Graecis ob frigoris vim, nivis altitudinem, inediae necessitatem hostibus insequentibus perpetiendae erant, simplicissima oratione enarrantur [2]); quae de turpissima trecentorum Graecorum per Aristarchum, Byzantii harmostam, venditione verbo tanguntur [3]); quae denique de repentina Thynorum incursione, qua Xenophontis vita in summum discrimen adducta fuerat, tanquam de re ab ipso alienissima, sine ulla animi commotione traduntur [4]). Ubi res loquitur, verbis non caremus. Ac profecto haec animi moderatio eximia quaedam at singularis historicorum virtus censenda est. Primarium enim eis illud iniunctum est officium, ut, omni cupiditate, omni ira studioque, omni denique vehementiore animi impetu liberi ac soluti, omnes privatos sensus, affectus, consilia exuant totosque se ac penitus in ipsa rerum veritate exquirenda ponant. Iam vero insignis in his libris laetarum tristiumque rerum vicissitudo incredibilem quandam legentibus parat voluptatem. Non sine gravi dolore videmus Graecos omni malorum genere oppressos atque afflictos; derepente laetitia atque hilaritate perfundimur, quum legimus, quo modo hi eidem Graeci frigore torpentes, inedia enecti, per noctis tenebras maxima voce clamantes et scutis cum hastis collisis ingentem strepitum excitantes, paucis qui de suis adhuc integri erant in insequentes hostes immissis, ingentem eis incusserint terrorem, adeo ut in praecipitem sese darent fugam [5]). Quanto autem gaudio eriginur atque recreamur, quum Graecos post tot pericula ac discrimina tandem aliquando e monte Theche summa laetitia et magnis clamoribus Pontum Euxinum prospectantes, *θάλαττα*, *θάλαττα* exclamantes audimus et prae laetitia inter se complectentes lacrimasque fundentes videmus [6])! Omnino omnis Graecorum expeditionis narratio a primo exordio usque ad id tempus, quo

---

[1]) Anab. II, 5, 31 sq. 6, 1.
[2]) Anab. IV, 5, 1 sqq.
[3]) Anab. VII, 2, 6. Weiskius Anab. p. XX. illa tria maximum sibi horrorem incussisse dicit, ac iure quidem.
[4]) Anab. VII, 4, 12 sqq. Verissime Creuzer. l. d. p. 240 sq. hunc locum summis laudibus extulit.
[5]) Anab. IV, 5, 17 sq.
[6]) Anab. IV, 7, 21 sqq.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Trapezuntem, urbem Graecorum, traiiciunt, tanquam fabula scenica pertexitur [1]). Omnia ita narrantur, quasi ante oculos nostros agantur, atque ad unum eundemque finem tendunt, ut clare cognoscatur, quo modo parva Graecorum manus per summa pericula tandem maximam partem incolumis in patriam perducta sit.

Quae duobus extremis libris post illum Graecorum adventum narrantur, cum ipsa expeditionis historia non cohaerent. Quare exstiterunt qui, si Xenophon Graecorum ad mare adventu narrationem terminare voluisset, opus perfectius atque absolutius futurum fuisse censerent [2]). Ac sane his positis terminis omnia artissima inter sese colligatione copulata essent atque connexa. At aliter iudicavit Xenophon.

Etenim si accurata lectione hos libros pervestigamus, obscurum nobis esse non potest, duplex Xenophontem in eis conscribendis secutum esse consilium, primum, ut Cyri minoris adversus Artaxerxem fratrem, Persarum regem, expeditionem Graecorumque post Cyri mortem in patriam reditum inter gravissimas difficultates atque iniquitates feliciter peractum perscriberet, alterum, ut sui ipsius et rerum suarum, in primis vitae suae imperatoriae monumentum posteritati relinqueret [3]). Quodsi ita de his libris statuemus, multo rectius de eis ac iustius iudicium erit. Sic demum quae multa intexta sunt aliena ab ipsa expeditione quaeque post peractam expeditionem narrantur, aptam atque idoneam habent explicationem, neque mirabimur, quod res militaris in primisque ars imperatoria tam fuse pertractata et in tam clara luce collocata sit. Quam perfectam Xenophon e Socratis disciplina [4]) imperatoris speciem

---

[1]) Commode H. Weilius l. d. p. 148 sq. Xenophontis Anabasin comparat cum Homeri Odyssea.

[2]) V. Weiskium l. d.

[3]) Cf. Creuzerum *histor. Kunst d. Gr.* p. 230., qui Xenophontem etiam id consilium secutum esse statuit, ut historia eo perduceretur, ubi Hellenicis adnecteretur. Mihi id eo potius consilio factum videtur, ut et Xenophontis et Cyrianorum (*Κυρείων*) militum etiam post reditum fata factaque posteritati traderentur. Weiskius in Anab. p. XXXI. sic statuit: Nunc, quum bellum in Thracia gestum et alia quaedam pro rerum humanarum varietate se illi expeditioni implicuerint, ea in uno corpore debuerunt coniungi.

[4]) V. Xen. Commentar. III. c. 1. et 2.

Digitized by Google

ac formam mente conceptam habebat, eam quo modo in Graecorum expeditione exsequi studuerit, exponit.

Ac profecto quod difficillimum fuit, ut duo illa consilia, quae Xenophon in his libris secutus est, ita consociarentur, ut non inter se dissidere, sed societatis quodam vinculo contineri viderentur, id Xenophon admirabili arte effecit [1]). Etenim postquam, Clearcho ceterisque ducibus trucidatis, Xenophon imperium capessivit, summis virtutibus usus praeter ceteros omnes ita eminet, ut totos nos ad se rapiat advertatque et desiderium quoddam in nobis excitet ea quoque comperiendi, quae post Graecorum ad Pontum Euxinum adventum eum manserunt fata [2]). Huc accedit, quod Graecorum exercitui ad Pontum Euxinum perducto non quieta vitae conditio contigit, sed nova deinceps bella, nova pericula ac discrimina subeunda fuerunt. Harum rerum narrationem ita Xenophon ei, quae est de Cyri expeditione, implicuit, ut ambae unum corpus efficiant [3]). Et quae de ipsa expeditione narrantur et quae de rebus post eam gestis, et quae ad Xenophontem eiusque vitam spectant, sunt tam artificiose connexa inter se atque contexta, ut omnes partes amice conspirent. Sed quum prior horum librorum pars, quae ipsam Graecorum expeditionem complectitur, rerum copia floreat et sponte legentium animos rapiat, posterior rerum tenuitate quadam laboret, insertis variis degressionibus, ut Scilluntis et quam ibi egisset vitae descriptione [4]), narratione de ludis coram Paphlagonum legatis celebratis [5]), de convivio Thracico [6]), aliisque rebus effecit, ut et narratio rerum varietate exhilararetur et totius operis partes aequabilitate quadam inter se continerentur [7]).

Iam vero quod orationibus Xenophon, quas principes ducum habentes inducuntur, vel rerum causas explicare vel dicentium mores atque ingenia notare ac describere solet, id commune habet cum Herodoto et Thucydide, quanquam Xe-

---

[1]) Cf. Creuzerum l. d. p. 231.
[2]) Cf. Creuzerum l. d. p. 231.
[3]) Cf. Weiskium l. d. p. XXXI.
[4]) Anab. V, 3, 7.
[5]) Anab. VI, 1, 5 sqq.
[6]) Anab. VII, 3, 15 sqq.
[7]) Cf. Creuzerum l. d. p. 231 sq.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

nophontis orationes cum Thucydidis sententiarum pondere ac gravitate et dicendi granditate ne conferri quidem possunt. Nam illius orationes naturali quidem simplicitate, facilitate et perspicuitate sese commendant, sed elatione dicendi atque altitudine destitutae sunt. Quum has orationes legimus, facere non possumus, quin Socraticum genus dicendi, quale in scriptoris nostri de Socrate commentariis expressum est, deprehendamus. Sed id habet Xenophon proprium ac singulare nec a quoquam ante eum tentatum, quod suas ipse res descripsit. Quas quidem partes quum difficillimum esset recte sustinere, tamen Xenophon summa eas arte exsecutus est. Nam quod eis usu venire solet, qui suas ipsi vitas describunt, ut efferendis ac praedicandis suis laudibus facile taedio quodam animos nostros afficiant, id Xenophonti non accidit. Nunquam eius facta laudantur, sed res ita narrantur, ut ex rebus ipsis laus sponte efflorescat et ad auctorem redundet.

V. De fide auctoris.

Si ea, quae supra de Xenophontis vita, indole, moribus exposita sunt, mente repetemus, dubitare non poterimus, quin in conscribendis his libris non modo potuerit ille vera narrare, sed etiam voluerit. Ac primum quidem expeditionis non modo socius, sed etiam dux ac princeps fuit. Dein, quae eximia eius erat morum innocentia atque sanctitas, fieri non potuit, quin eius animus summo veritatis studio imbutus esset. Fuerit sane natura laudis gloriaeque cupidus, sed uti in omni re moderatus fuit, ita id studium intra honestatis fines continuit. Quare non est, cur eum ambitione ductum a veritatis via deflexisse suspicemur, praesertim quum, sicubi lapsus sit, errorem suum libere profiteri non vereatur [1]). Denique ad veritatem cognoscendam et perspiciendam omnibus eum vel naturae vel doctrinae praesidiis instrumentisque paratum fuisse ex eis, quae supra de eius ingenio dicta sunt, clarissime apparet. In primis temperantia illa, qua pollebat, animique moderatio certissimam ei tutissimamque viam ad veram rerum

[1]) Cf. Anab. III, 3, 12 sqq.

Digitized by Google

conditionem plane pervidendam munivit. Iam vero si hos libros accurata lectione perscrutamur videmusque, quanta Xenophon cura ac diligentia omnia, quaecunque commemoravit, et maxima et minima, persecutus sit, dubitare non possumus, quin Xenophon non modo potuerit vera narrare et voluerit, sed reapse vera narraverit. Quare si ea, quae de auctoris fide disputavimus, complectimur, statuendum mihi videtur ita, ut lapsum eum esse nonnunquam humanae naturae imbecillitate non negem, sed vel socordia, vel mentis torpore, vel malignitate ullove inhonesto consilio veritatis leges eum migrasse praefracte negem.

Superstitionem, qua Xenophon laborabat, haud raro ei impedimento fuisse, quominus rerum caussas earumque inter se nexum intelligeret, iam supra demonstravimus; at id vitium in aliis quidem quos de historia scripsit libris, in primis in Hellenicis, verae rerum tractationi obfuit, sed in his de Cyri expeditione libris vix ullam habuit vim. Neque vero illud negari potest, Agesilai aliorumque clarorum, uti in his libris Cyri minoris, virtutes et res gestas a Xenophonte aequo maioribus laudibus celebratas esse, eorundemque vitia vel mitius aestimata vel plane silentio praetermissa. Quippe id proprium est omnium eorum, qui, ut Xenophon, magis ad aliorum consilia se componunt, quam suis ipsi utuntur iudiciis, ut, quorum virorum admiratione capti teneantur, eis ita se dedere atque addicere soleant, ut, quae ab illis laudabiliter gesta sunt, illustriore quadam eis atque magnificentiore specie obiiciantur, quae rursus illis adhaeserunt vitia, vel plane eorum aciem fugiant vel leviora, quam revera fuerunt, eis videantur. Ita fit, ut de aliis non minus quidem claris viris, sed quorum non pari studio ducantur, saepenumero iniquius iudicare videantur.

Admonet me hic locus, ut paucis occurram eorum vituperationi, qui Xenophontis fidem eo infirmare student, quod de Menone Thessalo acerbius a Xenophonte [1]) factum esse iudicium dicunt, quandoquidem eidem Menoni apud Platonem in cognomine dialogo meliores mores tribuantur. At primum quaeritur, num Platoni pariter ac Xenophonti licuerit illius mores

[1]) Anab. II, 6, 21—28.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

penitus cognoscere. Dein Plato Menonem adolescentulum inducit. Nonne amabilissimos saepe adolescentes posthac videmus a virtutis via deflectere et in turpissima vitia delabi? Denique superbia Menonem atque insolentia praeditum fuisse vel ex Platone elucet [1]). Neque assentior Weiskio [2]), qui ipsam illius loci orationem dubitationem movere arbitratur, num Meno fuerit homo tam pravus, quam a Xenophonte describatur; eam enim magis esse vehementis accusatoris, quam narratoris sedati. At si Menonis mores et vita turpissima ac foedissima fuerunt, iure meritoque gravissima severissimaque oratione a Xenophonte notata sunt. Quod tantum abest ut vitio ei vertendum sit, laudandum etiam est testaturque eius innocentiam, probitatem, integritatem, quippe qui nihil acerbiore odio insectatus sit quam morum depravationem et turpificati animi foeditatem. Quod autem *Λακωνισμοῦ* Xenophon a multis est insimulatus, id, credo, iniuria factum est. Admiratur quidem ac summis laudibus praedicat Lacedaemoniorum constantiam, gravitatem, fortitudinem, temperantiam, morum sanctitatem, at id non temere fecit, sed quod ea imbutus erat persuasione, ut, quum ceterae Graeciae civitates illo tempore mollissima puerorum educatione, civium luxuria morumque corruptela, languore ac desidia fractae atque debilitatae iacerent, omnem Graeciae salutem, felicitatem, prosperitatem a Lacedaemoniorum rei publicae severa disciplina atque temperatione repetendam arbitraretur. Ridicula vero et plane nugatoria est ea caussa, quam ad Xenophontis fidem infringendam quidam attulerunt, quod post Clearchi aliorumque summorum ducum interitum Xenophontis persona in tam clara luce posita esset, ut alii omnes eius splendore obruerentur. Quae tandem sana ratio cogitari potest, cur dubitemus, num Xenophontis in primis et virtuti et consilio Graecorum salus debeatur? Id si factum est, neque, quin factum sit, dubitare possumus, praesertim quum ipsa antiquitas nullam moverit dubitationem, volumusne id eum reticuisse et modestiae sane absurdae caussa a vero deflexisse? Quodsi ita in diiudicandis rebus historia

---

[1]) V. Frid. Gedikium in disquisit. de Menonis dialogi personis. Creuzerus l. d. p. 239. laudat Groen van Prinsterer. Platon. Prosopogr. p. 100 sq.

[2]) De aestimanda Cyri expeditione p. XXIII.

Digitized by Google

traditis versari volemus, quaenam maioris momenti res, unius potissimum viri ingenio et virtute gesta, relinquetur, quae non possit in dubitationem vocari? Denique Ctesias [1]), Diodorus Siculus et Plutarchus (in vita Artaxerxis) nonnullis locis a Xenophonte dissentiunt. At Ctesias, qui et aequalis Xenophontis erat et partim testis oculatus, fuit auctor suspectae admodum et dubiae fidei. Diodorus et Plutarchus, quum pluribus seculis post Cyri minoris expeditionem vixerint, minoris sunt auctoritatis. Et vero quae hi tres auctores a Xenophonte discrepant, ea sunt levissima. Graviter sane dolendum est Sophaeneti, ducis Stymphalii, qui cum Xenophonte expeditionis socius fuerat, *Ἀνάβασιν Κύρου*, cuius Stephanus Byzantinus mentionem facit, temporis iniuria nobis esse ereptam. Sic enim sperare licebat, futurum fuisse, ut comparatione utriusque auctoris librorum facta omnis de Xenophontis fide controversia iuste disceptaretur.

VI. De Xenophonte Anabasis auctore.

Legitur in Xenophontis Hellenicis (III, 1, 2.) locus, ubi, posteaquam rerum Graecarum enarratio eo progressa est, ut iam Cyri minoris in Artaxerxem fratrem expeditionis Graecorumque post Cyri mortem ex Asia reditus mentio facienda esset, auctor lectores ad Themistogenis Syracusani de his ipsis rebus opus ablegat, his usus verbis: *Ὡς μὲν οὖν Κῦρος στρατευμά τε συνέλεξε καὶ τοῦτ' ἔχων ἀνέβη ἐπὶ τὸν ἀδελφόν, καὶ ὡς ἡ μάχη ἐγένετο, καὶ ὡς ἀπέθανε, καὶ ὡς ἐκ τούτου ἀπεσώθησαν οἱ Ἕλληνες ἐπὶ θάλατταν, Θεμιστογένει τῷ Συρακουσίῳ γέγραπται.*

His inducti verbis exstiterunt qui hos de Cyri minoris expeditione libros, qui in Xenophontis operibus numerantur, huic abiudicandos et Themistogeni Syracusano adiudicandos censerent [2]). Cui opinioni facile quidem occurri possit, si ab utroque, et Themistogene et Xenophonte, idem argumentum tractatum esse statuamus; sed illud negari non potest, vix ac ne vix quidem credibile esse, si Xenophon ipse hunc histo-

[1]) V. Adnotata nostra ad Anab. I, 8, 26.
[2]) V. Morum in Dissertatt. Hellenicis praemiss. c. 6.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

riae locum fuse persecutus esset, in Themistogenis nomine laudando suum nomen silentio prorsus praeteriturum fuisse [1]). Omnis difficultas tolleretur, si Anabasin post Hellenica demum esse conscriptam evinci posset. Cui opinioni obiicit quidem C. G. Krügerus [2]) Xenophontis aetatem. Nam quum Xenophontem anno 444. a. Chr. (ol. 84, 1.) natum esse maxime probabile sit [3]) constetque Hellenica post a. 357. (ol. 105, 4.) absoluta esse [4]), apparet Anabasin foras prodituram fuisse, quum auctor iam in summa collocatus esset senectute. At, opinor, inquit V. D., senem decrepitum illa non redolet. Verum tota haec ratio levissima est ducenda. An vero tragoediae, quas Sophocles post octogesimum aetatis annum composuit, senilem quandam ingenii imbecillitatem produnt ac non potius masculam vim ac iuvenilem vigorem omnibus locis spirant? Neque adstipulari possum eidem Krügero, quum ex narratione, quae de agro Scilluntio in Anab. V, 3, 4 sqq. inserta est, elucere dicit, Anabasin compositam esse, antequam Scillus ab Eleis captus esset, i. e. ante a. 371. a. Chr. (ol. 102, 2.) [5]). Quod in illa narratione Xenophon ne verbo quidem significat se ab Eleis ex ista sede sua eiectum esse, id fortasse aliis mirum videatur, mihi quidem quam maxime concinere videtur cum eius consilio, quod, uti paullo post videbimus, diligentissime secutus est, ut se horum librorum auctorem dissimularet.

Sed, verum ut fatear, nec mihi quidem haec quaestionis solvendae ratio satisfacit. Longe maiore probabilitatis specie sese commendat ea, quam Plutarchus [6]) attulit, quamque nostrae memoriae doctissimi homines vehementer amplexati sunt. Verba eius haec sunt: *Ξενοφῶν μὲν γὰρ αὐτὸς ἑαυτοῦ γέγονεν ἱστορία, γράψας ἃ ἐστρατήγησε καὶ κατώρθωσε, καὶ Θεμιστογένη*

---

[1]) V. Küsterum ad Suidam v. *Θεμιστογένης*.
[2]) Commentat. de authentia et integritate Anabasis Xenophontiae. Halis Sax. 1824. p. 3.
[3]) V. Krügerum de Xenophontis vita quaestt. §. 1.
[4]) V. Krügerum l. d. p. 28.
[5]) V. Krügerum in quaestionn. p. 26.
[6]) In libro, qui inscribitur: *Πότερον Ἀθηναῖοι κατὰ πόλεμον ἢ κατὰ σοφίαν ἐνδοξότεροι* (edit. Wyttenb. T. II. Part. I.), cap. 1.

Digitized by Google

(λέγει)[1]) περὶ τούτων συντετάχθαι[2]) τὸν Συρακούσιον, ἵνα πιστότερος ᾖ διηγούμενος ἑαυτὸν ὡς ἄλλον, ἑτέρῳ τὴν τῶν λόγων δόξαν χαριζόμενος. Consulto igitur Xenophon nomen suum reticuit et, scriptoris laude alii concessa, hos de Cyri expeditione commentarios Themistogenis nomine inscriptos edidit, non, uti Morus l. d. voluit, modestia quadam ductus, quae sane quam mirabilis, ne dicam, ridicula esset, sed, quo maiore dignus esset fide, de se tanquam alio narrans. Neque quae protulit Plutarchus, ex vano hausisse videtur, sed tam plane dicuntur tamque pro certis affirmantur, ut facile assentiamur Weiskio[3]), qui non coniecturam Plutarchum suam videri secutum esse dicit, sed famam undecunque acceptam. Quod autem Xenophon fecisse dicitur, id confirmatur exemplo Hadriani, qui „famae celebris tam cupidus fuit, ut libros vitae suae scriptos a se libertis suis litteratis dederit iubens, ut eos nominibus suis publicarent; nam Phlegontis libri esse dicuntur" [4]). Etenim quum omnino res anceps sit atque lubrica de se quenquam et de vita sua ac rebus gestis scribere — quis enim nescit, quam pronum sit genus humanum ad suspicionem, quam facile, quae quis de se praedicet, in dubium vocare soleat? — tum Xenophonti, ne in corrupti iudicii crimen incurreret, eo maiore cautione atque circumspectione opus erat, quo clarius illius nomen in his libris splendet et post Clearchi mortem reliquos duces quasi lumine suo obscurat. Elegantissimi scriptoris laus iam ante editam Anabasin Xenophonti, firmiter stabat; egregii ducis atque imperatoris gloria

---

[1]) λέγει addit Leonclavius.

[2]) Exspectes συντάξαι. Quare Wyttenbachius T. III. p. 105. ed. Lips. malit: Θεμιστογένει — τῷ Συρακουσίῳ.

[3]) Tractat. de aestimanda Cyri exped. p. XVII sq.

[4]) Sunt verba Spartiani in Hadriano c. 15., allata a Weiskio l. d. p. XVII. Quibus adde, quae Lud. Dindorfius in praef. laudata p. X. affert: „Fabulis scenicis nihil in ullo scribendi genere Athenis clarius, victoria nihil poetis honorificentius erat, et tamen Aristophanes Eupolisque complurium fabularum suarum gloriam alienis auctoribus concessisse traditi sunt, obscuris hominibus quibusdam, Callistrato, Philonidi, Demostrato. Hos quo tandem fine aut quibus de causis id fecisse dicamus, quos sciamus neque metum ullum unquam eo compulisse et adeo non latuisse Atheniensibus sub aliena persona absconditos, vix ut illorum quos finxissent auctorum exigua ab uno et altero grammaticorum memoria conservata sit?"

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

illa expeditione parta ut posteritati propagaretur, maiori ei curae fuisse non est, quod miremur. Atqui si verum est, quod supra de duplici quod Xenophon in conscribendis his libris secutus est consilio diximus, facile intelligitur, qui factum sit, ut, quaecunque ad Xenophontem eiusque res gestas atque eventa spectant, uberius ac fusius enarrentur, multaque commemorentur, quae cum ipso librorum argumento nullo societatis vinculo connexa sunt, sed ad accuratiorem Xenophontis vitae cognitionem pertinent [1]). Quae quidem omnia si ab ipso Xenophonte profecta sumas, plana sunt atque expedita, sin ab alio auctore, difficillima ad explicandum [2]).

Uti in Hellenicis Xenophon Themistogeni Anabasin adscripsit, ita in ipsa Anabasi nomen suum reticuit atque res ita narravit, quasi ipse expeditioni non interfuisset. Quare paucissimis tantum locis in narrando prima usus est persona [3]), nullo autem loco se horum librorum auctorem significavit.

Reperiuntur quidem in Anabasi loci, sed ei paucissimi, in quibus Xenophon aut non tanquam oculatus testis scripsisse, aut ab eis, quae in aliis scriptis tradidit, dissentire videatur; sed si eos diligentius expendamus, intelligitur ne levissimum quidem ex eis repeti posse argumentum, quo Xenophontem non esse horum librorum auctorem comprobetur. Sed haec singula persequi a proposito nostro alienum est, praesertim quum iam ab aliis [4]) enucleatissime exposita sint.

Iam vero quemadmodum ex eis, quae adhuc a nobis dicta sunt, intelligitur nihil obstare, quominus Xenophontem Anabasis auctorem agnoscamus, ita multa in his ipsis libris atque lu-

---

[1]) V. quae contulit Krügerus de authent. p. 22 sq.

[2]) Adde quae nuper Fridericus de Raumer in: *Antiquarische Briefe. Leipz.* 1851. pag. 33 sq. de eodem argumento iudicat: „*Nur eine Hyperkritik, welche Kleines, Unbedeutendes unter das Vergröfserungsglas setzt und von allem Gröfseren absieht, konnte für die Anabasis einen anderen Verfasser auffinden. Die Art, wie Xenophon (besonders im Anfange des III. Buches und im 36. Kapitel des V. Buches) von sich spricht und über sich Bericht erstattet, hätte (abgesehen von sonstiger Form und Inhalt) allein schon jeden herbeigezogenen Zweifel beseitigen sollen.*"

[3]) V. Krügerum l. d. p. 6 sq. et de Xen. vita p. 13 sq. et nos ad Anab. I, 8, 6. VII, 8, 25.

[4]) V. Morum, Weiskium, Krügerum in scriptis supra laudatis.

Digitized by Google

culentissima insunt argumenta, quae eos a nullo alio scriptore, nisi ab ipso Xenophonte, conscriptos esse luce clarius evincant.

Ac primum quidem si accuratissimam regionum populorumque descriptionem enucleatissimamque omnium rerum gestarum enarrationem [1]) contemplamur, dubitari non potest, quin hi libri non modo ab oculato teste profecti sint, sed etiam ab homine doctissimo et egregiis ingenii facultatibus instructo, quippe qui, quaecunque videret, audiret, comperiret, experiretur, omnia acerrima mente animadverteret, observaret, perscrutaretur. Quis autem ex omnibus, qui huic expeditioni intererant, fuit, qui et ingenii cultu et mentis acumine cum Xenophonte conferri queat? Deinde quod vel venaticae, vel equariae, vel militaris rei studium libris de his rebus separatim editis luculente declaravit, idem in Anabasi, ubicunque de eis suppeditavit scribendi opportunitas, clarissime elucet [2]). Porro germanum Socratis discipulum, qualem ex eius de Socrate commentariis cognovimus [3]), quis non agnoscat multis locis, in primis dialogis, qui multi narrationi inserti sunt [4]) ? Uti Socrates in eisdem commentariis deos sacris faciundis religionibus caerimoniisque observandis pie sancteque colere et in rebus obscuris humanaeque menti occultis divinationi operam dare narratur, ita Xenophon in Anabasi totum se ad magistri exemplum contulit [5]). Gravissimum denique atque evidentissimum quod Anabasin a Xenophontis manu profectam esse testatur argumentum positum est in huius cum reliquis scriptoris nostri operibus similitudine, quae tanta est, ut, sive orationem totumque genus dicendi spectes, sive res atque sententias, omnia plane Xenophontea censenda sint [6]). Ut alia praetermittam, in primis comparatu dignissima sunt quae de utriusque

---

[1]) V. Krügerum de auth. p. 20 sq.
[2]) De venatione cf. I, 5, 2. et 3. V, 3, 10.; de equis III, 3, 19. IV, 5, 35. et 36. VII, 8, 6.; de re militari plena sunt omnia.
[3]) V. nos in Prolegomenis ad Xen. Commentarios p. 15.
[4]) V. Krügerum de auth. p. 24. comp. I, 6, 6 sqq. III, 4, 39 sq. IV, 7, 4 sqq. V, 8, 2 sqq. VII, 1, 8 sqq. 2, 24 sqq.
[5]) V. Weiskium de Cyri exped. p. XIX. comp. III, 1, 11. 2, 9. IV, 3, 8 sq. 5, 35. V, 6, 29. VI, 1, 23. 4, 15 sq., all.
[6]) De similitudine, quae inter hos de Cyri expeditione libros et Cyropaediam intercedit, elegantissime et doctissime disputavit H. Weilius l. d. p. 149 sqq.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Cyri, maioris et minoris, ingenio, indole, studiis in Cyropaedia et in Anabasi traduntur [1]).

Ad haec argumenta tanquam cumulus accedit auctoritas totius antiquitatis, quae admirabili quodam consensu hos libros Xenophontis nomini adscripsit [2]). Nam qui unus scriptor seculi undecimi post Chr. n. isque levissimae auctoritatis adversatur, Suidas, is nullius momenti censendus est. Is enim v. *Θεμιστογένης* Vol. II. p. 171. e scriptura vulgata haec tradit: *Θεμιστογένης Συρακούσιος ἱστορικός. Κύρου Ἀνάβασιν, ἥτις ἐν τοῖς Ξενοφῶντος Ἑλληνικοῖς φέρεται, καὶ ἄλλα τινὰ περὶ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος*, ut duas Anabases fuisse Suidas statuisse videatur, Themistogenis unam, quae in Hellenicis a Xenophonte commemoratur, altera ipsius Xenophontis. Praeter Suidam etiam Plutarchus in illo quem supra attulimus loco et Tzetzes, qui anno fere 1150. post Christum natum vixit, eiusque scholiastes [3]) Themistogenis quidem mentionem faciunt, at unam tantum agnoscunt Anabasin, eamque a Xenophonte scriptam, sed Themistogeni tributam. Verum Suidae locus sine dubio scripturae corruptela laborat. Verba enim: *ἥτις ἐν τοῖς Ξενοφῶντος Ἑλληνικοῖς φέρεται* obscurissima sunt; nam sive cum aliis interpretamur: quae inserta legitur historiis Graecis, sententia prodit absurda; sive cum Moro: quae nominatur aut laudatur in hist. Gr., Graeca lingua renititur; *φέρεσθαι* enim hanc vim apud Graecos scriptores nunquam habet [4]). Quare cum Kustero ad Suidam l. d. et

---

1) V. Krügerum l. d. p. 21 sq., qui rem pluribus persequitur.

2) Veterum scriptorum locos collegit Mitford. *Gesch. Gr.* V. p. 430. Eichst. Cf. Krügerum de auth. p. 18 sq.

3) Tzetzes Chil. VII, 930. postquam Phidiam amasio duas statuas tribuisse narravit, haec addit: *Τοῦτο ποιεῖ καὶ Ξενοφῶν τῇ Κύρου Ἀναβάσει. Ἐπέγραψε καὶ οὗτος γὰρ τοῦ ἐρωμένου χάριν· Κύρου μὲν ἡ Ἀνάβασις ὑπάρχει, τὸ βιβλίον Θεμιστογένους δέ ἐστι τοῦτο Συρακουσίου, κἂν* (legendum coniicio *καὶ*) *πάλιν ἐπεκράτησε καλεῖσθαι Ξενοφῶντος. Καὶ Πλάτων ὁ φιλόσοφος εἰς ὄνομα τῶν φίλων τοὺς διαλόγους ἔγραψε, καὶ ἄλλοι δὲ μυρία.* Scholiastes: *Ὥσπερ καὶ Ξενοφῶν ἐπέγραψε τὴν Κύρου Ἀνάβασιν Θεμιστογένει Συρακουσίῳ, κἂν* (leg. *καὶ*) *ἐπεκράτησεν ὅμως καὶ πάλιν Ξενοφῶντος καλεῖσθαι*, i. e. uti etiam X. suam Anabasin Themistogeni inscripsit, et obtinuit tamen ea, ut postea rursus Xenophon auctor eius perhiberetur. Cf. Ludov. Dindorfium in praef. ad Anab. Lips. 1825. p. VII. et IX.

4) V. Lud. Dindorfium in praef. Anab. Lips. 1825. p. VIII.

Digitized by Google

Ludovico Dindorfio in praef. ad Anab. delendum est vocabulum Ἑλληνικοῖς, quod in codicibus Parisinis deest. Ita Xenophontea Anabasis a Suida Themistogenis esse dicitur. Sed vix dubitari potest, quin tota Suidae de Themistogene Anabasis auctore notitia ducta sit ex illo ipsius Xenophontis Hellenicorum loco, quem supra attulimus, quanquam mirum est, quod ibidem idem Themistogenes alia quoque de sua patria scripta edidisse perhibetur. Praeter ipsum Xenophontem, Plutarchum, Suidam, scholiasten Tzetzae eis quos attulimus locis omnis antiquitas ignorat plane Themistogenem; unus Suidas Themistogenem Anabasin conscripsisse, reliqui tres nihil aliud tradunt, nisi Xenophontem suam Anabasin Themistogenis nomini supposuisse. Quocirca assentior eis, qui Themistogenem omnino ex historicorum numero eximendum censent [1]). Tzetzes loco dicto Themistogenem amasium Xenophontis fuisse tradit et ob eam caussam hunc illius nomen operi suo inscripsisse, quod idem grammatici commentum esse existimo, quanquam Themistogenem Xenophontis amicum fuisse veri non est dissimile. Ac profecto, quod Weiskius [2]) attulit contra Themistogenem Anabasis auctorem, non leve est. Si Syracusanus homo eam composuisset, sine dubio populares suos, qui Sosia duce cum Cyro se coniunxerant [3]) (inter quos ipse non poterat non fuisse, siquidem hi libri, uti supra vidimus, ab oculato teste profecti necessario existimandi sunt), plane in obscuro latere passurus non fuit. Atqui de illis nihil omnino narratur, nisi quod Lycius quidam a Clearcho speculandi caussa missus fuisse traditur [4]).

VII. De critica horum librorum.

Codices, qui adhuc ad hos libros collati sunt, dividuntur in meliores et in deteriores [5]).

1) Sunt Schulzius de Cyrop. Epil. p. 29 sqq. et Krügerus quaestt. p. 15.
2) Tract. de Cyri exp. p. XIX sq.
3) V. Xen. Anab. I, 2, 9.
4) Xen. Anab. I, 10, 14.
5) Insignivi cum L. Dindorfio codices eo litterarum ordine, quo eorum pretium quodam modo significatur; orsus enim

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Meliores sunt hi:

A Romanus Vaticanus 987. (apud Bornemannum *H*, apud Krügerum *I*, apud Popponem *Vat.*). Hic codex iure praestantissimus censetur, quanquam negligenter est scriptus.

B Parisinus regius 1641. (vulgo *F* notatus). Hic optimo iure secundum locum obtinet, etiam maiore diligentiâ scriptus est.

C Parisinus regius 1640. (vulgo *E*, apud Larcherum *C*). Etiam hic codex optimae notae est; plerumque cum B consentit; dolendum est huius codicis scripturam ex parte tantum esse collatam.

D Parisinus regius 2535. (apud Krügerum et Popponem *H*). Hic codex antecedentibus quidem inferior est, sed tamen scripturae bonitate satis se commendat. Bornemannus [1]) non dubitat, quin hic liber a Parisino, qui a nobis B, vulgo F notatur, nihil discrepet. Cui quidem sententiae calculum meum qualemcunque addere non possum, quum in utroque codice scripturae discrepantiae reperiantur paucae illae quidem, sed quae pro librariorum erroribus vix haberi possint. Collatus est a Fr. Bernardo Montefalconio ad ed. Steph. secundam.

E Etonensis (vulgo *Et.*). Hic codex saepe cum optimis A et B aut cum alterutro conspirat, saepe cum deterioribus, quos iam commemoraturi sumus.

Deteriores libri sunt hi:

F Vaticanus (aliquamdiu, ut L. Dindorfius suspicatur, Parisinus) 1835. (vulgo *A*).

Fl. Florentinus, cuius scripturae varietates Iacobsius publici iuris fecit. Hic codex minime contemnendus est; nam nonnullis locis is solus mendis liber est [2]).

G Parisinus regius 1950. (vulgo *B*). Hic cum F semper fere conspirat.

---

sum a litteris A et B, quibus optimi codices notantur, et descendi ad sequentes deinceps litteras, quibus reliqui codices notantur, qui, quo propius ab A et B absunt, eo meliores, quo longius recedunt, eo deteriores habendi sunt.

[1]) in praefat. ad Anab. p. X.

[2]) V. Popponem in Praef. ad Anab. p. XXXV.

Digitized by Google

H Guelferbytanus (vulgo *Guelf.*). Hic codex a Zeunio negligentius est collatus.

I Romanus Vaticanus 990. Hic codex nonnunquam cum optimis consentit.

K Romanus Vaticanus 143. Etiam hic nonnunquam optimorum codicum scripturam tenet.

L Romanus Vaticanus 96. Hic plurimum conspirat cum Guelferbytano, ita quidem, ut, quin ex eodem fonte manarit, vix dubitari possit.

M 1. 2. 3. 4. 6. (vulgo *V*). Hac littera notatur scripturae varietas editioni Iuntinae adscripta, a Villoisono cum Beni. Weiskio communicata. Scripturae sunt, ut Dindorfii verbis utar, interdum satis mirae, sed non malae.

N (vulgo *S*). Ita notatur margo editionis Stephanianae secundae.

O (vulgo *Y*). Ita notatur scripturae varietas exemplaris a Gailio inspecti margini adscripta. Conspirat plerumque cum M.

P Parisinus regius 1635. (vulgo *C*, apud Larcherum *A*), a Larchero nonnullis locis collatus. Hic codex bonae notae videtur esse, sed difficile est de eo existimare, quia accuratam eius collationem non habemus.

Q (vulg. *Brod.*). Ita notantur libri a Brodaeo commemorati, de quibus nihil certi constat. Dindorfius censet pleraque omnia deberi codici Parisino, qui littera B a nobis, vulgo F notatus est.

Vind. h. e. Vindobonensis codicis scripturae varietas, quam Halbkartus, sed paucis tantum locis, communicavit.

Vaticani codices A, I, K, L summa diligentia collati sunt ad editionem Stephani priorem, uti probabiliter statuit Bornemannus [1]), ab Hieronymo Amatio. Horum scripturae varietas evulgata est in editione I. B. Gailii [2]), qui ipse ad Weiskii exemplar omnes Parisinos praeter D et P contu-

---

[1]) in praefat. ad Anabas. p. IX.

[2]) Haec editio prodiit Paris. T. I—VII. 1804—1815. Auctarium 1821., cuius Tom. VII. scripturae varietatem continet.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

lit, sed in hoc negotio satis negligenter versatus est et Graeca verba ne tenoribus quidem instruere operae pretium fecit.

Editiones quae appellantur veteres: Iuntina, Aldina, Halensis, Castalionea aliaeque, itemque Stephaniana utraque, cuius scriptura vulgatae nomine orastur [1]), Leonclavianae prima et tertia, Hutchinsoniana, a Bornemanno non usquequaque quidem, sed gravioribus locis inspectae atque consultae sunt. Ex his Dindorfius unam Aldinam aliquoties commemorandam duxit, ceteris omnibus neglectis, ut quae nullius aut pretii aut fidei essent: quam quidem sententiam iniquiorem esse facere non possum quin ingenue profitear.

In constituenda Xenophontis oratione eam mihi praescribendam duxi legem, ut praestantissimorum codicum Vaticani A (nr. 987.) et Parisini B (nr. 1641.) scripturam tanquam fundamentum, cui recensio mea inniteretur, ponerem neque ab ea recederem, nisi ubi ea aut aperte sanae rationi repugnaret, aut Graeci sermonis indoli plane adversaretur, aut Xenophontiae consuetudini prorsus refragaretur. Unde factum est, ut multis locis, etiamsi ceteri codices omnes dissentirent, tamen illorum duorum vel adeo alterius utrius scripturam adoptandam arbitrarer, illud artis criticae secutus praeceptum, quo in restituenda germana veterum scriptorum oratione codices non numerare, sed ponderare iubemur. Quodsi ita in factitanda critica versabimur, verendum non erit, ne usquequaque incerti vagemur, vacillemus, titubemus, sed viam ingrediemur contra aberrationes septam atque munitam. At enimvero duo illi codices quantumvis licet praeter ceteros bonitate emineant, tamen haud paucis locis ita sunt gravissimis mendis turpissimisque erroribus commaculati, ut archetypi instar eos habere nemo facile opinaturus sit. Quocirca diligenter cavendum mihi putavi, ne, serviliter eis addictus, vel earum scripturarum patrocinium susciperem, quae nisi absurdis ridiculisque rationibus defendi non possent. Quanquam, si utique peccandum fuerit, in hanc partem peccare me maluisse non infitior, quam eorum sequi rationem, qui, nulla certa ducti sententia, temere huc illuc fluctuantes modo ex melioribus, modo ex deterioribus libris ea

[1]) V. nos in Prolegomm. ad Xenophontis Commentarios p. 30.

Digitized by Google

delibant, quae ipsorum sensui atque gustui maxime blandiri videantur.

Superioribus temporibus de constituenda Xenophontis oratione optime meritus est Henricus Stephanus[1]). Nostra memoria in primis Bornemannus, C. G. Krügerus, Poppo, Ludovicus Dindorfius, viri acutissimi eruditissimique, horum librorum orationi librariorum mendis purgandae et ad pristinam integritatem restituendae operam suam dicaverunt, ex eisque constantissime eam quam modo certissimam criticae factitandae significavi viam persecutus est Ludovicus Dindorfius, vir et exquisitissima doctrinae copia instructus, et subtilissimo mentis acumine praeditus. Cuius de Xenophonte merita quo magis admiror et suspicio, ita male me habuisse fateor, quod non semel nulla plane cogente necessitate temere optimorum codicum auctoritatem neglexerit.

Quodsi quaeremus, quid potissimum sit, quod editores in exquirenda Xenophontis oratione lapsi sint, quum alia facile reperiemus, tum in primis ille videtur mihi largissimus fuisse errorum fons, quod Xenophontium sermonem ad germanam Atticorum scriptorum consuetudinem revocare ad eamque veluti normam eius orationem exigere atque emendare studuerunt neque secum reputaverunt Xenophontem multa habere e dialectis vel adeo poetico sermone sumpta[2]). Hinc apparet in ponderanda diiudicandaque scripturae varietate summam editori adhibendam esse cautionem circumspectionemque, ne, si qua a ceterorum Atticorum consuetudine abhorreant, continuo Xenophonti abiudicanda arbitretur.

VIII. Summarium.

Lib. I.

Cap. I. Cyrus minor, post Darii patris mortem per Tissaphernis apud Artaxerxem, fratrem et regem, calumniam in vitae periculum vocatus, sed, deprecante matre, in satrapiam

---

[1]) Paris. 1561. et 1581. V. nos in Prolegomm. ad Xenophont. Commentarios p. 30.

[2]) V. Prolegg. cap. III. de elocutione Xenophontis.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

remissus, bellum olam adversus Artaxerxem parat et per amicos multas, Graecorum maxime, copias mercenarias tanquam ad aliam expeditionem Sardes cogit (anno 401. a. Chr.).

Cap. II. Cyri Sardibus profecti (ineunte mense Martio 401. a. Chr.) enarratur iter per Lydiam, Phrygiam, Lycaoniam, Ciliciae angustias. Tissaphernes interim ad regem contendit, ut eum de Cyri rebus certiorem faciat. Etiam rex copias parat. Epyaxa, regis Cilicum uxor, ad Cyrum venit, eiusque rogatu exercitus lustratur, ubi Graecorum ludicra incursione et regina et omnes quotquot adsunt barbari vehementer terrentur. Cyrus quum Tarsum, Ciliciae caput, venisset (exeunte Iunio 401.), ipsum regem Cilicum, Syennesim, ad se vocat, qui Epyaxae precibus Cyro se committit eumque pecunia iuvat.

Cap. III. Tarsi dies viginti morari Cyrum coegit Graecorum seditio, qui, expeditionem adversus regem susceptam esse suspicati, Clearchum, Graecorum ducem, milites progredi cogentem lapidibus prope obruerunt. Sed is summa calliditate illos motus sedat. Mittunt igitur qui Cyrum de huius expeditionis consilio interrogent. Qui quum contra Abrocomam quendam se ducere respondisset et ampliora stipendia promisisset, ulterius cum eo progredi decreverunt.

Cap. IV. Ubi Issos, extremam Ciliciae urbem, venerunt (28. Iun. 401.), eodem Cyri classis appellitur. Superatis inde portis, qua transitus e Cilicia in Syriam est, Cyrus per Syriam procedit. Ubi quum duo socii, Xenias et Pasio, clam ab eo discessissent, ipse autem humaniter de illis locutus esset, reliqui Graeci eius aequitate commoti eo lubentius cum eo progrediuntur. Ubi ventum est Thapsacum ad Euphratem sitam (22. Iul. 401.), ibi Graecis tandem aperit iter susceptum esse adversus regem. Quod etsi indignabantur, tamen novis promissis excitati vado Euphratem transeunt, quum exemplo praeisset Meno, cuius callidum factum narratur.

Cap. V. Tum iuxta Euphratem Cyrus iter per Mesopotamiam facit non sine magna viae difficultate et iumentorum strage ob pabuli inopiam; exadversum Charmandam, urbem ad Euphratem sitam, castra ponuntur, unde flumine utribus tra-

Digitized by Google

iecto commeatus comportantur. Periculosa inter Graecos seditio orta gravissima Cyri oratione sedatur.

Cap. VI. Orontes, Persa nobilissimus, qui iam bis cum Cyro in gratiam redierat, tertium deficere ad regem conatur, sed, insidiis proditis, comprehenditur et sceleris convictus de Clearchi aliorumque sententia capitis damnatus e medio tollitur.

Cap. VII. Cyrus, Babyloniam ingressus (2. Sept. 401.), quum regem postridie affore suspicaretur, media nocte copias lustrat et instruit Graecisque magnifica promittit praemia. Inde acie instructa progressus fossam a rege ductam superat et regem pugnandi consilium abiecisse opinatus iter facit negligentius.

Cap. VIII. Tandem praeter opinionem Artaxerxes cum exercitu egregie instructo adventat. Cyrus igitur et Graeci trepidant et, ne imparati opprimantur, celeriter arma expediunt aciemque instruunt. Pugna ad Cunaxa, haud procul Babylone sita, 3. Septembr. 401. committitur. Graeci, qui dextrum cornu iuxta Euphratem obtinent, barbaros sibi oppositos in fugam compellunt. Cyrus quoque iam vicerat, sed, dum paucis stipatus amicis cupidius hostes persequens progreditur, singulari certamine cum ipso rege inito, interficitur.

Cap. IX. Cyri laudes.

Cap. X. Ariaeum fugientem dum persequitur Artaxerxes, potitur Cyri castris eaque diripit, unde, collectis copiis dispersis, redit contra Graecos in suo cornu victores. Sed Graeci eum rursus in fugam vertunt; deinde in castra sua, recuperatis rebus amissis, redeunt.

Lib. II.

Cap. I. Graeci certiores fiunt de morte Cyri et de Ariaei in Ioniam revertendi consilio. Eum Clearchus revocare studet promisso imperio Persarum. Artaxerxes iubet Graecos primum arma tradere, deinde, si loco maneant, eis indutias offert, sin abeant, bellum minatur. Graeci legatos cum responso forti dimittunt.

Cap. II. Ariaeus oblatum Persarum imperium recusat. Graeci ad eum profecti, foedere rite inito, Ariaeo auctore

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

alia via, longiore illa quidem, sed propter commeatum aptiore, redire constituunt. Luce orta profecti sub vesperam vicis Babyloniae appropinquant et certis indiciis intelligunt castra regia in propinquo esse. Clearchus prudenter ita ducit exercitum, ut certamen neque cupere videatur, neque timere. Sole occidente in vicos a rege direptos perveniunt, ubi quum pernoctarent non bene compositi, panicus terror invasit milites, qui callido Clearchi consilio sedatur.

Cap. III. Rex, inopinato Graecorum adventu perterritus, mittit legatos de foedere. Graeci et ingenue et fortiter respondent proelio potius opus esse, quia non habeant, unde prandeant. Regis igitur iussu, dum foedus faciant, ducuntur in vicos ad commeatum copiosos (6. Sept. 401.). Triduo post mittitur a rege Tissaphernes, qui ex illis quaerat, cur arma tulerint adversus regem. Clearchus candide et ex vero respondet. Tissaphernes quum responsum ad regem detulisset, triduo post eis conditionibus foedus fecit, ut Persae sine dolo malo Graecos in patriam deducerent commeatumque suppeditarent, Graeci sine vi commeatum vel emerent, vel sine agrorum vastatione ipsi sumerent.

Cap. IV. Dum Graeci Tissaphernem, qui de rebus suis ad regem profectus erat, exspectant, Ariaeus, regi reconciliatus, illis fit suspectus. Quamobrem quum ipse Tissaphernes, dux itineris, cum copiis suis venisset, quem non magis fidum esse suspicarentur, Graeci seorsum a Persis et iter facere et castra metari coeperunt. Describitur iter inde a Mediae muro (2. Octobr. 401.) non procul Babylone, in quo Persarum ignavia et fidae insidiae notantur. Artaxerxis regis frater advenit, cui terror iniicitur.

Cap. V. Graeci veniunt ad Zapatam amnem (19. Octobr.), ubi triduum constiterunt. Mutua Graecorum et Persarum suspicio crescit. Clearchus in colloquio cum Tissapherne egregia oratione operam dat, ut eum rebus Graecorum conciliet. Huic Tissaphernes humaniter respondet, ut Clearchus eius oratione permotus cum quattuor aliis praetoribus et viginti lochagis ad eum se conferret eo consilio, ut in eos animadverterent, qui falsis criminibus inter eos odium excitare stude-

Digitized by Google

rent. Graecorum praetoribus comprehensis et lochagis reliquisque, qui cum eis venerant, trucidatis, Ariaeus cum aliis ad castra Graecorum venit et verbis regis poscit, ut arma tradant, cui Cleanor iusta indignatione commotus feroditer respondet.

Cap. VI. Clearchi, Proxeni, Menonis, Agiae et Socratis, praetorum interemptorum, ingenia et mores notantur.

Lib. III.

Cap. I. Quum Graeci rebus suis diffisi in summo moerore torperent, Xenophon Proxeni lochagos ad virtutem excitare coepit. Apollonides, qui turpi stupore Xenophontis orationi repugnat, abigitur. Ceteri duces superstites omnes conveniunt, quos Xenophon mascula oratione hortatur, ut ipsi sint bono animo et militum animos confirment novisque ducibus constitutis nihil praetermittant, quod ad hostium vim et iniuriam propulsandam pertineat. Eius sententia ab omnibus probata, novi statim duces creantur.

Cap. II. Concione militum advocata, Cherisophus et Cleanor breviter, multis autem verbis Xenophon ad fortiter pugnandum eos hortatur ostenditque primum, qua spe freti victoriam exspectare possint; deinde refutat quae cuiuspiam animum sollicitum habere possint; tum, quid primum faciendum sit, ostendit maximeque duces ad diligentiam, milites ad modestiam excitat. Eius oratione comprobata, monstrat rationem agminis ducendi et duces singulis agminis partibus assignat.

Cap. III. Ad Graecos iamiam profecturos advenit Mithridates amicitiam simulans, sed Graecis fit suspectus, unde, quum saepe essent decepti, decernunt nunquam, quamdiu sint in hostico, pacem aut indutias cum rege inire. Quum Zapatam amnem traiecissent, idem Mithridates eos vehementer vexat, unde Xenophon intelligit funditoribus et equitibus opus esse, qui eius consilio statim instituuntur.

Cap. IV. Postridie Mithridates Graecos rursus insecutus facile repellitur. Inde ad Tigrim amnem perveniunt Larissamque et Mespilam progrediuntur (26. Octobr. 401.). Frustra Tissaphernes ingentibus copiis Graecos adoritur, qui, quo tu-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

tius procedant, hostibus insequentibus rationem agminis mutant. Hac ratione per quattuor dies itinere facto, quinto, quum per colles via duceret, graviter urgentur ab hostibus, donec vicos quosdam occuparent. Inde quarto die profecti mox ob hostium impetum in alium se coniiciunt vicum, ex quo post hostium discessum sub vesperam profecti tantum itineris conficiunt, ut hostes quarto demum die ipsos assequantur, qui, quum collem per angustias transeundum cepissent, a Xenophonte inde deiiciuntur.

Cap. V. Graeci ut in campum descenderunt, rursus apparent barbari et quosdam Graecorum praedas agentes occidunt et vicos incendere incipiunt. Tigride et montibus Carduchorum clausi consultant de itinere. Consilio Rhodii cuiusdam de ponte ex utribus faciendo repudiato, postridie itinere paullulum retro facto et ex captivis diligenter regionum circumiacentium natura explorata, decernunt per Carduchorum montes iter facere.

Lib. IV.

Cap. I. Paullo ante lucem fines Carduchorum ingressi Graeci (18. Novbr. 401.) primo et altero die ab hostibus, tertio a tempestate simul gravi vexantur, quo die, quum sub vesperam ad locum arduum venissent a barbaris penitus obsessum, e duobus captivis quaerunt de alia via eorumque unum, inspectante altero, trucidant, quo territus is, qui relictus erat, per anfractum eos commodo itinere se ducturum promittit.

Cap. II. Illo itineris duce sub noctem duo milia selectorum ad iugum occupandum mittuntur. Hi barbaros mane oppressos fugant et ascendendi copiam faciunt ceteris cum Cherisopho Graecis. Xenophon cum impedimentis per illum anfractum sequitur, nec tamen sine clade se inde emergit.

Cap. III. Postridie etiam quum iter per montes magno labore fecissent, hostibus graviter urgentibus, tandem in vicos campestres ad Centritem amnem perveniunt et post septem dierum molestias dulci fruuntur quiete. Novae difficultates et sollicitudines. Nam transitum fluminis tria impedire videbantur: ipsa vis et altitudo alvei, barbarorum multitudo in ripa

Digitized by Google

ulteriore, tela Carduchorum a tergo. Sed e Xenophontis somnio quasi vinculis solutus exercitus vado transit, in quo callida Xenophontis ratio in primis valuit.

Cap. IV. Inde Armeniam ingressi, superatis Tigridis fontibus, perveniunt ad Teleboam amnem in Armeniam occidentalem (25. Decbr. 401.). Ibi cum Tiribazo, regionis satrapa, indutias faciunt; sed nihilo minus is Graecis insidias struit.

Cap. V. Quare, vicis relictis, coguntur sub dio pernoctare et nivis ingentis incommoda tolerare. Tum per aliquot dies summum salutis discrimen adeunt ob vim frigoris, nivis altitudinem ac necessitatem inediae, hostibus insequentibus. Tandem in vicos omnibus copiis refertos perveniunt, ubi per septem dies laute vivunt et corpora egregie curant.

Cap. VI. Inde profectos dux viae triduo post deserit culpa Cherisophi (18. Decbr. 401.). Ergo sine duce oberrantes septimo tandem die perveniunt ad Phasim amnem (25. Decbr.). Unde, bidui itinere confecto, appropinquant montibus, quos Chalybes, Taochi, Phasiani obsident (27. Decbr.).

Cap. VII. Per Taochos profecti castellum expugnant et magna pecorum multitudine potiuntur, quibus solis aluntur, dum per agrum Chalybum, gentis ferocissimae, procedunt. Harpaso amne superato (11. Ian. 400.), per Scythinos iter faciunt. Laetior Graecis sors arridet. Nam quum e Scythinis profecti Gymniam, urbem magnam et copiosam, venissent (22. Ian.), praefectus illius agri, qui finitimae genti hostis erat, per quam via ducebat, sponte illis ducem itineris mittit, qui quinto die illos in Techem montem perducit, e quo summa omnium laetitia et magnis clamoribus mare prospectant (27. Ian.). Ibi magnum lapidum tumulum, quasi tropaeum, congerunt et ducem luculentis muneribus ornatum remittunt.

Cap. VIII. Agro Macronum, quibuscum foedus faciunt, intra sex dies peragrato, ad Colchorum montes adveniunt, ubi barbaros instructos offendunt. His acie victis et fugatis (3. Febr. 400.), in vicos copiosos descendunt. Inde biduo post tandem ad mare et Trapezuntem, urbem Graecorum, perveniunt (8. Febr.). Ibi intra triginta dierum spatium ex Colchorum agro praedas agunt, sacris faciundis vota olim nuncupata diis solvunt et ludos gymnicos celebrant (10. Mart.).

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Lib. V.

Cap. I. Quum constituissent maritimo itinere uti, Cherisophus ad naves conquirendas mittitur. Reliquis rebus prudenter prospicit Xenophon curatque, ut et satis navium habeant et vias munitas, si terrestre iter sit continuandum. Dexippus Lacedaemonius, ad navigia colligenda missus, cum nave aufugit; Polycrates contra Atheniensis fidem praestat.

Cap. II. Ad commeatum comparandum pars dimidia copiarum, Trapezuntiis ducentibus, exit adversus Drilas, gentem bellicosissimam. Hi se recipiunt ad urbem munitissimam, qua Graeci maximis cum difficultatibus expugnata postero die in castra redeunt.

Cap. III. Quum autem Cherisophi reditum ob frumenti penuriam diutius exspectare non possent, imbelli turba in naves imposita, ipsi pedestri itinere Cerasuntem perveniunt (13. Mart. 400.). Ibi recensent exercitum et pecuniam e captivis venditis redactam inter se partiuntur; decimam autem partem, quam Apollini et Dianae voverant, inter se distribuunt praetores, unde Xenophon postero tempore Dianam egregiis muneribus affecit.

Cap. IV. Quum ventum esset ad fines Mossynoecorum (24. Mart.), qui locis munitis freti Graecos transitu prohibere audent, cum alia Mossynoecorum gente adversus communes hostes societate inita, Graeci illos devincunt. Mossynoecorum barbari mores describuntur.

Cap. V. Hinc agrum Chalybum transgressi (1. April.) veniunt in fines Tibarenorum, quibuscum foedere facto, biduo post ad Cotyora urbem adveniunt (3. April.), ubi per dies quinque et quadraginta commorati (18. Mai.) commeatum partim ex finitima Paphlagonia, partim ex ipsorum Cotyorensium agris praedando sibi acquirunt. Sinopensium legato de iniuria Cotyorensibus illata temere querenti et Graecis stulte minitanti Xenophon graviter respondet legatosque ad meliorem mentem revocat.

Cap. VI. De sententia Hecatonymi, Sinopensium legati, decernitur iter maritimum, sed ea conditione, ut Sinopenses satis navium mittant, quibus universus Graecorum exercitus

Digitized by Google

simul iter ingredi possit. Consilium Xenophontis de urbe in Ponto condenda impeditur Silani vatis calumnia. Iterum alii praetores per centuriones exercitui persuadere volunt de sedibus in Colchide figendis.

Cap. VII. Cuius consilii auctor quum Xenophon diceretur, is egregia oratione se defendit. In eadem concione exponit de crudeli ac nefario Graecorum quorundam facto, de quo quaerendum et in auctores animadvertendum esse statuunt.

Cap. VIII. Praetores imperii gesti rationem reddunt; Xenophon, a nonnullis de vi et iniuria verberibus sibi illata accusatus, concedit ille quidem se interdum verberibus usum esse, sed sine vi et iniuria.

Lib. VI.

Cap. I. Paphlagonum legati de pace missi a Graecis convivio excipiuntur saltationibusque armatis in summam admirationem adducuntur. Postero die, pace cum eis facta, Graeci Cotyoris tandem universi solvunt. et prospero vento usi ad Harmenem, Sinopes portum, appellunt; ibi dies quinque morati in unum Xenophontem totius exercitus imperium deferunt, sed, illo prudenter recusante, summae rerum praeficitur Cherisophus modo redux.

Cap. II. Universus exercitus Heracleam navigat. Ibi, seditione orta, exercitus trifariam dividitur. Pars una, eaque maxima, fuit Arcadum et Achaeorum, qui sibi decem praetores creant; altera Cherisophi, Xenophontis tertia.

Cap. III. Arcades, praedae cupiditate commoti, primi proficiscuntur et, quum in portum Calpes venissent, inde egressi Bithynos opprimunt et praedas agunt. Sed paullo post ab eisdem in colle quodam obsessi de salute periclitantur. Quo audito, Xenophon callide barbaros terruit nocturnis ignibus ita, ut, obsidione sublata, discederent. Postridie salvus cum Arcadibus venit ad Calpes portum, quo iam Cherisophus cum suis salvus advenerat.

Cap. IV. Descriptio portus Calpes. In hoc loco, natura munitissimo, milites nolebant castra ponere, ne forte, urbe condita, ibi retinerentur, et ad littus noctem transegerunt. Post

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

tertium diem decernunt, ut capitale esset, si quis posthac de copiis distrahendis referre auderet. Ad commeatum, quo iam laborabant, comparandum egredi cupientibus exta non addicunt. Veruntamen Noo duo milia hominum praedatum educit, sed Pharnabazi equitatus quingentos caedit; ceteros, qui in montem confugerant, tandem in castra reducit Xenophon.

Cap. V. Periculo moniti tandem milites castra in loco munito poni munirique patiuntur. Quum litasset Xenophon, praesidio castris relicto, copias instructas educit, quae, mortuis in via sepultis et praeda in vicis capta, barbaros instructos in colle quodam conspiciunt. Hinc, acie instructa, pergunt adversus hostes et, quum vallis impeditior obstaret, Xenophontis eloquentia et fortitudo in primis effecit, ut, ea superata, barbaros vincerent in fugamque verterent.

Cap. VI. Iam Graeci undique ex Bithynorum agris praedas agunt. Interim advenit Cleander, Lacedaemonius harmosta, simulque apparet undecunque Dexippus, cuius improbitate Cleander a rebus Graecorum alienior factus Xenophontis maxime opera reconciliatur. Idem Cleander quum delatum ad se summum exercitus imperium non suscepisset, exercitus sub prioribus ducibus, per Bithynos itinere facto, cum praeda multa Chrysopolim pervenit.

Lib. VII.

Cap. I. Anaxibius, classis Lacedaemoniae praefectus, Pharnabazi promissis adductus Graecos falsa spe stipendiorum movet, ut Byzantium traiiciant. Mox eadem spe deceptos ex urbe eiicit. Sed quum, portis clausis, nihil praestaret, milites vi irrumpunt, quos tamen placatos Xenophon movet, ut iterum Byzantio exeant. Coeradates quidam Graecis se ducem offert, sed paucis post diebus homo vanus se ipse imperio abdicat.

Cap. II. Inde quum duces de itinere dissident, multi de exercitu dilabuntur milites; ad trecentos eorum vendit Aristarchus, Byzantii harmosta. Qui quum Xenophonti quoque insidiaretur, is cum selectis proficiscitur ad Seuthen, ut conditionem, qua is Graecos apud se stipendia merere vellet, cognosceret.

Digitized by Google

CAP. III. Graeci praeter Neonem Laconem cum suis, conditionibus Seuthae comprobatis, ad illum tendunt et, foedere contracto, duces convivio more Thracum excipiuntur. Seuthes cum Graecis de expeditione suscipienda consilia init; inde sub noctem mediam contra hostes proficiscuntur, quos postridie imparatos et imprudentes opprimunt et magnam mancipiorum pecorumque praedam faciunt.

CAP. IV. Vicos hostium Seuthes comburit. Graeci, summo frigore in campo vexati, in domos vicorum concedunt. Qui in montes confugerant barbari se foedus inituros esse simulant, sed nocte ad domos notas descendunt et repente Graecos invadunt, a quibus in fugam compulsi tandem fidei Seuthae se suaque committunt.

CAP. V. Graecis non plenum stipendium solvitur, sed tamen exorati a Seuthe alios barbaros in eius potestatem redigunt. Sed quum fraude Heraclidae ne tum quidem stipendium integrum acciperent, ob eam rem Xenophonti succensent.

CAP. VI. Quum interim Lacedaemonii Graecos ad bellum contra Tissaphernem gerendum invitassent, Arcas quidam Xenophontem de stipendio accusat eumque supplicio afficiendum censet. Xenophon commoda et diserta oratione se defendit. Defenditur idem Xenophon a legatis Lacedaemoniorum itemque a Polycrate Atheniensi. Mox rogatur a Seuthe, ut cum mille militibus apud se remaneat; Xenophon autem, sacris factis, discedere cum exercitu statuit.

CAP. VII. Hinc profecti quum e vicis copiosioribus res necessarias petere coepissent, Medosades, cui attributa erant illa loca, omni modo egit, ut inde discederent, perfecitque, ut Xenophon rursus de stipendio Seuthen adiret. Xenophon copiosa oratione Seuthen docet et honestum et utile esse, ut Graecis, quod reliquum sit stipendii, persolvat. Xenophon acceptum stipendium Lacedaemoniis tradit militibus distribuendum.

CAP. VIII. Exercitu traiecto Lampsacum, auctore Euclide haruspice Xenophon Iovi Milichio sacra facit. Inde per varia loca tandem Pergamum veniunt. Hellas mulier Xeno-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

phonti suadet, ut Asidatem, nobilem Persam, opprimat. Obsequitur Xenophon et primum quidem ab infelici oppugnatione cum magno incommodo se recipit, sed insequenti die rem feliciter gerit. Inde Pergamum redux, quum, volentibus omnibus, de praeda bonam cepisset partem, exercitum tradit Thibroni.

Digitized by Google

IX. Tabula itineraria [1]).

Ἀνάβασις.	Parasang.	Itinera.	Commoratio.	Temporum ratio.
A Sardibus ad Maeandrum . . .	22	3		9. Mart. 401. [2])
ad Colossas. . .	8	1	7 dies	10. — 17. Mart.
ad Celaenas . .	20	3	30 »	20. Mart. — 19. April.
ad Peltas . . .	10	2	3 »	21. — 24. April.
ad Ceramorum forum	12	2		24. — 26. April.
ad Caystri campum	30	3	5 »	29. April. — 4. Mai.
ad Thymbrium .	10	2		6. Mai.
ad Tyriaeum . .	10	2	3 »	8. — 11. Mai.
ad Iconium . . .	20	3	3 »	14. — 17. Mai.
per Lycaoniam .	30	5		22. Mai.
ad Danam . . .	25	4	3 »	26. — 29 Mai.
in planitie . . .			1 »	30. Mai.
per Ciliciae angustias	25	4		3. Iun.
commoratio Tarsi.			20 »	23. Iun.
a Tarso ad Psarum fl.	10	2		25. Iun.
ad Pyramum . .	5	1		26. Iun.
ad Issum . . .	15	2	3 »	28. Iun. — 1. Iul.
ad Syriae portas .	5	1		2. Iul.
ad Myriandrum .	5	1	7 »	3. — 10. Iul.
ad Chalum fl. . .	20	4		14. Iul.
ad Daradaca fl. .	30	5		19. Iul.
ad Thapsacum. .	15	3	5 »	22. — 27. Iul.
ad Araxem fl. . .	50	9	3 »	5. — 8. Aug.
ad Corsoten . .	35	5	3 »	13. — 16. Aug.
ad Pylas . . .	90	13		29. Aug.
per Babyloniam .	15	4		2. Septbr.
dies pugnae ad Cunaxa commissae			1 »	3. Septbr. 401.
Summa:	515	84	97	

Huc accedit iter ab Epheso, quod trium dierum fuisse perhibetur. V. Krügerum l. d. p. 558. Sed Anab. II, 2, 6. Xenophon numerorum calculum sic subduxit: *Ἀριθμὸς δὲ τῆς ὁδοῦ, ἣν ἦλθον ἐξ Ἐφέσου τῆς Ἰωνίας μέχρι τῆς μάχης, σταθμοὶ τρεῖς καὶ ἑνενήκοντα, παρασάγγαι πέντε καὶ τριάκοντα καὶ πεντακόσιοι, στάδιοι πεντήκοντα καὶ ἑξακισχίλιοι καὶ μύριοι· ἀπὸ δὲ τῆς μάχης ἐλέγοντο εἶναι εἰς Βαβυλῶνα στάδιοι ἑξήκοντα καὶ τριακόσιοι*: ergo 535 parasangae et 93 itinera. Unde sequitur, ut aut Xenophon in subducendis numeris lapsus sit, aut numerorum notae a librariis depravatae sint.

[1]) Cf. C. G. Krügeri ed. mai. p. 556 sqq. Ainsworth. *Travels in the track of the ten thousand Greeks. London.* 1844. p. 240 sqq. *Karl Koch: Der Zug der Zehntausend nach Xenophons Anabasis. Leips.* 1850. p. 140 sqq.

[2]) Krügerus l. d. pro Martio Aprilem ponit.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Κατάβασις.	Parasang.	Itinera.	Commoratio.	Temporum ratio.
Dies post pugnam ad Cunaxa commissam				4. Septbr. 401.
cum Ariaeo coniuncti		2	23 dies	6. — 29. Septbr.
ad Mediae murum.		3		2. Octbr.
ad Sitacen . . .	8	2		4. Octbr.
ad Physcum fl. .	20	4		8. Octbr.
per Mediam . .	30	6		14. Octbr.
ad Caenas . . .	4	1		15. Octbr.
ad Zapatam . .	16	4	3 »	19. — 22. Octbr.
ad vicos ignotos .	$\frac{5}{6}$	1	1 »	23. — 24. Octbr.
ad Larissam . .		1		25. Octbr.
ad Mespilam . .	6	1		26. Octbr.
ad ignotos vicos .	4	1	1 »	27. — 28. Octbr.
per planitiem . .		1		29. Octbr.
ad regiam . . .		5	3 »	3. — 6. Novbr.
ad vicos. . . .		1		7. Novbr.
in planitiem . .		3		10. Novbr.
retro proficiscuntur		1		11. Novbr.
per Carduchos. .		7		18. Novbr.
Centritem fl. traiecturi sunt . . .			1 »	19. Novbr.
ad Tigridis fontes	15	3		22. Novbr.
ad Teleboam fl. .	15	3		25. Novbr.
per planitiem . .	15	3	2 »	28. — 30. Novbr.
ad Euphratem fl. .		4		4. Decbr.
ad Armenicos vicos		4	7 »	8. — 15. Decbr.
ad ducis fugam .		3		18. Decbr.
praeter Phasim .	35	7		25. Decbr.
ad montes Taochorum.	10	2	1 »	27. — 28. Decbr.
transitus. . . .		1		29. Decbr.
per Taochos . .	30	5		3. Ian. 400.
per Chalybes . .	50	7		10. Ian.
per Scythinos . .	20	4	3 »	15. — 18. Ian.
ad Gymniam . .	20	4		22. Ian.
ad montem sacrum		5		27. Ian.
per Macrones . .	10	3		30. Ian.
per Colchos . .		3		2. Febr.
pugna cum Colchis facta			1	3. Febr.
commoratio ob mel			3	6. Febr.
ad Trapezuntem .	7	2	30	8. Febr. — 10. Mart.

Digitized by Google

Καταβασις.	Parasang.	Itinera.	Commoratio.	Temporum ratio.
ad Cerasuntem .		3	10 dies	13. — 23. Mart.
ad Mossynoecorum fines		1		24. Mart.
per Mossynoecos .		8		1. April.
per Chalybes . .		1		— —
ad Cotyora . . .		2	45 »	3. April. — 18. Mai.
Summa:		122	134 »	

Cf. Xen. Anab. V, 5, 4: *Πλῆθος τῆς καταβάσεως τῆς ὁδοῦ ἀπὸ τῆς ἐν Βαβυλῶνι μάχης* (ad Cunaxa) *ἄχρι εἰς Κοτύωρα σταθμοὶ ἑκατὸν εἴκοσι δύο, παρασάγγαι ἑξακόσιοι καὶ εἴκοσι, στάδιοι μύριοι καὶ ὀκτακισχίλιοι καὶ ἑξακόσιοι, χρόνον πλῆθος ὀκτὼ μῆνες* (4. Septbr. 401. ad 18. Mai. 400.). Iter maritimum a Cotyoris ad Sinopen fuit 2 dierum (19. et 20. Mai.); ibi commorati sunt 5 dies (ad 25. Mai.); post duos dies (27. Mai.) Heracleam Graeci pervenerunt. Inde veniunt ad Calpes portum, in Bithynia vel Thracia Asiatica situm; ineunte mense Octobri Byzantium traiiciunt; mense Decembri anni 400. et mense Ianuario 399. apud Seuthen, Thraciae regem, stipendia faciunt.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ΚΥΡΟΥ ΑΝΑΒΑΣΙΣ.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBER PRIMUS.

I. Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος γίγνονται παῖδες δύο, πρεσβύτερος μὲν Ἀρταξέρξης, νεώτερος δὲ Κῦρος. Ἐπεὶ δὲ ἠσθένει Δαρεῖος καὶ ὑπώπτευε τελευτὴν τοῦ βίου, ἐβούλετο τὼ παῖδε ἀμφοτέρω παρεῖναι. Ὁ μὲν οὖν πρε- 1 2

Cap. I. §. 1. γίγνονται π.] Lucian. de conscr. hist. 23: παῖδες γ. δύο, sed, ut videtur, e memoria; C et D γίνονται, v. excurs. nostrum I. ad Xen. Comment. — τελευτήν] Born. et Dind. e F τὴν τελ., at v. adn. — ἐβούλετο] Zeun. ex Aristide p. 506. ἐβούλετό οἱ; idem Arist. p. 503. ἐβούλετο αὐτῷ: unde patet eum haec pro arbitratu suo scripsisse.

Cap. I. §. 1. [Δαρείου] Darii II. s. Nothi, qui regnavit inde ab a. 424. usque ad a. 404. a. Chr. ROST.] γίγνονται] Praesens saepius usurpatur, ubi actio verbi e praeterito tempore pertingit in praesens (*entsprossen sein und abstammen*). V. nos in Gramm. Gr. schol. §. 255. not. 1. p. 295. ed. 3. Verbum γίγνεσθαι comparari potest cum tragicorum τίκτειν, γεννᾶν (patrem matremve esse), θνήσκειν (*todt sein*). Alias quoque praesens pari modo dicitur. Infra VII, 3, 8. ex optimis codd. legendum: ἦν οὖν ἡμῖν ἡγήσῃ, ὅπου πλεῖστά ἐστιν ἐπιτήδεια, ὑπὸ σοῦ νομιοῦμεν ξενίζεσθαι. Frequens est ἀδικεῖν, v. ad I, 5, 11; νικᾶν ad I, 9, 11. Iniuria γίγνονται h. l. pro praesenti historico habetur, cuius usus ab hoc quidem loco alienissimus est. Ceterum e tredecim liberis, quos Darius e Parysatide habuit, quorum tamen praeter quattuor filios reliqui mature vita excesserunt (v. Ctesiae Pers. §. 49. p. 76. ed. Bähr.), duo tantum Xenophon commemorat, quia reliquorum mentio ad rem, quam tractat, nihil attinet.

τελευτὴν τοῦ βίου] Commentar. I, 5, 2. ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου (*Lebensende*). Apol. 30. ἐν καταλύσει τοῦ βίου. Cyrop. V, 1, 13. ἀπαλλαγῆς τοῦ βίου. VII, 2, 20. ἐν ἀκμῇ τοῦ βίου. Commentar. I, 4, 12. τοῦ ἔτους χρόνον (*Jahresfrist*). Scilicet saepe substantivum sine articulo cum genitivo attributivo, cui praepositus est articulus, componitur, ut utriusque nominis notio quasi in unam coalescat. Rarius utrique substantivo additur articulus, ut infra I, 9, 30. ἐν τῇ τελευτῇ τοῦ βίου. de Rep. Lac. X, 1. ἐπὶ τῷ τέρματι τοῦ βίου. V. adnotata mea ad Comment. I, 4, 12.

Digitized by Google

σβύτερος παρὼν ἐτύγχανε· Κῦρον δὲ μεταπέμπεται ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἧς αὐτὸν σατράπην ἐποίησε, καὶ στρατηγὸν δὲ αὐτὸν ἀπέδειξε πάντων, ὅσοι εἰς Καστωλοῦ πεδίον ἀθροίζονται. Ἀναβαίνει οὖν ὁ Κῦρος λαβὼν Τισσαφέρνην ὡς φίλον, καὶ τῶν Ἑλλήνων δὲ ἔχων ὁπλίτας ἀνέβη τριακοσίους, ἄρχοντα δὲ αὐτῶν Ξενίαν Παρράσιον. 3 Ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησε Δαρεῖος καὶ κατέστη εἰς τὴν βασιλείαν Ἀρταξέρξης, Τισσαφέρνης διαβάλλει τὸν Κῦρον

§. 2. *σατράπην — στρατηγόν*] Infra I, 9, 7: *ἐπεὶ δὲ κατεπέμφθη ὑπὸ τοῦ πατρὸς σατράπης Λυδίας τε καὶ Φρυγίας τῆς μεγάλης καὶ Καππαδοκίας, στρατηγὸς δὲ καὶ πάντων ἀπεδείχθη, οἷς καθήκει εἰς Καστωλοῦ πεδίον ἀθροίζεσθαι.* Cf. Hellen. I, 4, 3. De particularum *καὶ — δέ* (et vero etiam, atque etiam, itemque) iunctura, apud Xenophontem longe frequentissima, exposuimus ad Commentar. I, 1, 3. Cf. ex his libris §. 2. 5. I, 5, 9. 8. 2. 18. 22. 29. 9, 11. II, 6, 8. 9. III, 2, 25. IV, 1, 3. 7, 9. V, 3, 8. 6, 15. VI, 2, 10. 3, 19. De relativae structurae in demonstrativam transitu cf. infra I, 4, 9: (*ποταμὸν πλήρη*) *ἰχθύων μεγάλων καὶ πραέων, οὓς οἱ Σύροι θεοὺς ἐνόμιζον καὶ ἀδικεῖν οὐκ εἶων, οὐδὲ τὰς περιστερᾶς.* 8, 26., ubi v. adn.; 10, 3. III, 1, 4. 3, 16. IV, 7, 2: *ἐπεὶ δ' ἀφίκοντο εἰς χωρίον, ὃ πόλιν μὲν οὐκ εἶχεν, οὐδ' οἰκίας, συνεληλυθότες δ' ἦσαν αὐτόσε καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες καὶ κτήνη πολλά.* Quanquam huius loci non plane par est ratio. Cf. Buttmann. Gr. Graec. ed. 18. §. 143, 7. Rost. Gr. schol. ed. 1844. §. 177, 6. Kühner. Gr. ampl. T. II. §. 799. Gr. schol. ed. 3. §. 334, 1. Similis structurae transitus infra IV, 1, 8. *πάντων, ὅσοι εἰς Καστωλοῦ πεδίον ἀθροίζονται*] Singulis regni Persici provinciis certa quaedam constituta erant loca campestria (*πεδία*), in quae earum milites quotannis convenirent et recenserentur. Cf. infra I, 2, 11. 9, 7. Hellen. I, 4, 3. et, quem Bornemannus laudat, Heerenium in „Ideen", T. II. p. 486. *Καστωλὸς ἦν πόλις ἐν Λυδίᾳ* secundum Steph. Byz.

Ἀναβαίνει — ἀνέβη] Et aoristus et praesens historicum inserviunt commemorandis rebus primariis; sed praesens historicum rem vividius exprimit magisque oculis nostris subiicit. Cf. infra §. 9: *ἡγάσθη τε αὐτὸν καὶ δίδωσιν αὐτῷ.* I, 8, 24: *νικᾷ καὶ εἰς φυγὴν ἔτρεψε.* nos in Gr. T. II. §. 441, 5. (Gr. schol. §. 256, 3.).

Τισσαφέρνην] Ioniae et Cariae satrapem (v. Hellen. III, 2, 12. 4, 12.), quem itineris socium sibi adiunxerat Cyrus, ratus eum sibi esse amicum (*ὡς φίλον*). De vi particulae *ὡς* v. ad II, 5, 3.

Παρράσιον] *Παρράσια* fuit regio et urbs Arcadiae.

§. 3. *διαβάλλει —, ὡς ἐπιβουλεύοι*] De optativo post praesens historicum posito v. nos in Gramm. T. II. §. 769, 3. β. (Gr. schol. §. 329, 4.). Infra V, 6, 36: *λέγουσιν, ὅτι μεταμέλοι αὐτοῖς καὶ δοκοίη κτλ.*

ὡς ἀποκτενῶν] H. e. dicens se eum interfecturum. V. Buttm. §. 144. not. 14. Rost. §. 182. not. 4. Kühner. T. II. §. 671. (Gr. schol. §. 312, 6.). Ubi participio futuri, consilium significanti, *ὡς* additur, consilium ex alius mente proponitur. Infra II, 6, 2: *ἐξέπλει ὡς πολεμήσων.* III, 1, 17. IV, 3, 12.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὡς ἐπιβουλεύοι αὐτῷ. Ὁ δὲ πείθεται τε καὶ συλλαμβάνει Κῦρον ὡς ἀποκτενῶν· ἡ δὲ μήτηρ ἐξαιτησαμένη αὐτὸν ἀποπέμπει πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχήν. Ὁ δ' ὡς ἀπῆλθε κινδυνεύσας καὶ ἀτιμασθείς, βουλεύεται, ὅπως μήποτε ἔτι ἔσται ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ, ἀλλ', ἢν δύνηται, βασιλεύσει ἀντ' ἐκείνου. Παρύσατις μὲν δὴ ἡ μήτηρ ὑπῆρχε τῷ Κύρῳ, φιλοῦσα αὐτὸν μᾶλλον ἢ τὸν βασιλεύοντα Ἀρταξέρξην. Ὅστις δ' ἀφικνοῖτο τῶν

§. 4. ἐπὶ τῷ ἀδ.] v. adn. — §. 5. ἀφικνοῖτο] sic E F G I K pro ἀφικνεῖτο, v. adn.

24. 4, 18. VII, 1, 12. 15: θέουσι δρόμῳ πρὸς τὰς πύλας ὡς πάλιν εἰς τὸ τεῖχος εἰσιόντες (vi futuri).

§. 4. ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ] Liber Etoniensis exhibet ὑπὸ τ. ἀδ., quod immerito Schneiderus in Ind. v. ἐπί praestare censet. Nam verissime observat Krügerus, si ὑπό legatur, pro μήποτε scribendum fuisse μηκέτι, quum ὑπό τινι εἶναι sit alicui subiectum esse ita, ut universa conditio spectetur, ἐπί τινι εἶναι in alicuius potestate esse ita, ut, quicquid velit, te facere possit; neque aliter γίγνεσθαι ἐπί τινι, in alicuius potestatem venire, cf. V, 8, 17. V. nos in Gramm. T. II. §. 612. p. 297. (Gr. schol. §. 296. II.) et ad Commentar. II, 6, 36. Infra V, 5, 20: τὰς πύλας φρουροῦμεν, ὅπως μὴ ἐπὶ τῷ ὑμετέρῳ ἀρμοστῇ ὦσιν οἱ κάμνοντες ἡμῶν.

Παρύσατις μὲν δή] Particulae μέν opponitur sequens δέ; particula δή idem fere significat, quod ὡς δῆλόν ἐστιν, uti apparet, scil. ex eis, quae iam dicta sunt. Haec est propria vis particulae δή. V. nos in Gramm. T. II. §. 692. (Gr. schol. §. 315.). Cf. infra I, 2, 3. Ξενίας μὲν δή, 3, 15. extr. 8, 10., ubi v. adn. V, 1, 5. Aliter μὲν δὴ — δέ accipienda sunt II, 1, 20., ubi v. adn.

ὑπῆρχε τῷ Κύρῳ] Cyro addicta et adiumento erat, Cyri consilia sustentabat. Infra V, 6, 23: καὶ ὑπάρξει ὑμῖν ἡ ἐμὴ πόλις. Wyttenbachius in Eclog. histor. p. 299 sq. ed. Lips. comparat Demosth. Ol. III. p. 12. C: μέγα τοῖς τοιούτοις λόγοις ὑπάρχει ἡ παρ' ἑκάστου βούλησις. de fals. leg. p. 218. B: ὅλην τὴν πόλιν οὕτω καὶ σφᾶς ὁμολόγουν ὑπάρξειν αὐτῷ. pro Cor. p. 328. C. Plat. Cat. Min. p. 779. A: πολλοὺς γὰρ αὐτῷ καὶ τῶν σιωπώντων διὰ δέος ἐν ταῖς ψήφοις ὑπάρξειν.

§. 5. Ὅστις δ' ἀφικνοῖτο] Optativus significat feratam actionem. Infra II, 3, 16: ὁ δὲ φοῖνιξ, ὅθεν ἐξαιρεθείη ὁ ἐγκέφαλος, ὅλος ἀνᾴνετο. 6, 13: οἵτινες δὲ — παρείησαν αὐτῷ, σφόδρα πειθομένοις ἐχρῆτο. I, 9, 20. 21. 22. 23. II, 5, 32. 6, 13. III, 3, 10. 4, 17. IV, 1, 9. all. V. nos ad Commentar. III, 1, 1. et in Gramm. T. II. §. 797, 2. (Gr. schol. §. 333, 4. p. 472. ed. 2.). Post collectivum ὅστις legitimo usu sequitur pluralis πάντας. Infra II, 5, 32: ὅστινι ἐντυγχάνοιεν —, πάντας ἔκτεινον. Cf. IV, 1, 9. VI, 3, 15: ἅπαντα, ὅτῳ ἐντυγχάνοιεν. 5, 7: τὰ ἐπιτήδεια, ὅ τι τις ὁρᾷη. Thuc. VII, 29: πάντας ἐξῆς, ὅτῳ ἐντύχοιεν, καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας κτείνοντες. V. nos in Gr. T. II. §. 784. β. (Gr. schol. §. 332. not. 1. b.).

Digitized by Google

παρὰ βασιλέως πρὸς αὐτόν, πάντας οὕτω διατιθεὶς ἀπεπέμπετο, ὥστ' ἐαυτῷ μᾶλλον φίλους εἶναι ἢ βασιλεῖ. Καὶ τῶν παρ' ἑαυτῷ δὲ βαρβάρων ἐπεμελεῖτο, ὡς πολε-
6 μεῖν τε ἱκανοὶ εἶησαν καὶ εὐνοϊκῶς ἔχοιεν αὐτῷ. Τὴν δὲ Ἑλληνικὴν δύναμιν ἤθροιζεν ὡς μάλιστα ἐὸν ἐπικρυπτόμενος, ὅπως ὅ τι ἀπαρασκευότατον λάβοι βασιλέα. Ὧδε οὖν ἐποιεῖτο τὴν συλλογήν. Ὁπόσας εἶχε φυλακὰς

§. 6. ἀπαρασκευότατον] sic ABCDFGIKMN pro ἀπαρασκευαστότατον; saepe haec vocabula inter se permutantur, v. ad Commentar. III, 4, 11. — ἀφεστήκεσαν] v. adn.

τῶν παρὰ βασιλέως] Ex nostra dicendi ratione expectes τῶν παρὰ βασιλεῖ; sed genitivus ob verbum ἀφικνοῖτο per attractionem quandam positus est, at duplex insit notio: ὅστις τῶν παρὰ βασιλεῖ ἀφικνοῖτο παρὰ βασιλέως. Pariter atque hoc loco in Commentar. III, 11, 13. primum dicitur δωροῖο τὰ παρὰ σεαυτῇ, deinde §. 14: ὡς οὐκ ἂν, ἔφη, ἐγὼ λιμὸν ἐμποιεῖν τῳ τῶν παρ' ἐμοὶ δυναίμην; ubi v. adnotata nostra. Cf. nos ad Commentar. III, 6, 11. κλέπτεσθαι τὰ ἐκ τῆς χώρας. et in Gramm. T. II. §. 628. (Gr. schol. §. 300, 4.). Infra I, 2, 3. 18: οἱ ἐκ τῆς ἀγορᾶς — ἔφευγον. II, 2, 1: οἱ δὲ παρὰ Ἀριαίου ἦκον. 4, 24: ἐξήγγελλον γάρ τινες τῶν παρὰ Τισσαφέρνους Ἑλλήνων. 5, 37: ὅπως μάθοι τὰ παρὰ Πρόξένου (ubi v. adn.). III, 4, 45. IV, 2, 19. 5, 22. 6, 25. V, 2, 24. 25. 7, 15. 17. VI, 4, 9. 18. VII, 4, 12. — Βασιλεύς, ubi de rege Persarum dicitur, ut nomen proprium sine articulo poni solet. Cf. §. 6. 8. 1, 4, 3. 4. 2, 1. 2. Sic etiam I, 2, 8. μεγάλου βασιλέως, 4, 11. πρὸς βασιλέα μέγαν. 7, 2. V. nos ad Commentar. III, 5, 26. et in Gr. T. II. §. 484. not. De addito articulo v. ad II, 6, 38.

ὥς δ' ἑαυτῷ μᾶλλον φίλους εἶναι] Expectes ὥστε — φίλους ἦσαν, quia consecutio in re, non in cogitatione posita videtur; at infinitivus propterea positus est, quia consecutio ex Cyri moribus atque indole ducta est. Cf. infra I, 9, 15., ubi v. adn. IV, 2, 27.

τῶν — βαρβάρων ἐπεμελεῖτο, ὡς — ἱκανοὶ εἶησαν] Per attractionem Graecis usitatissimam pro ἐπεμελεῖτο, ὡς οἱ βάρβαροι ἱκανοὶ εἶησαν. V. Rost §. 184, 3. et nos ad Commentar. I, 2, 13. et in Gramm. T. II. §. 857. (Gr. schol. §. 347, 3.). Cf. Cyr. V, 3, 40: οἱ ἄρχοντες αὐτῶν ἐπεμελήσθησαν, ὅπως συνεσκευασμένοι ὡσὶ πάντα. Anab. I, 2, 21. 6, 5. 8, 21. II, 3, 11. III, 2, 8. 3, 22. 29. 5, 13. 18. IV, 4, 17: οἱ δ' ἡγήσαντο αὐτὸν τὸ στράτευμα, ὁπόσον — εἴη. 5, 29. 7, 11. V, 7, 19. VI, 2, 4: ἐβουλεύοντο τὴν λοιπὴν πορείαν, πότερον κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλατταν χρὴ ποιεῖσθαι. VI, 4, 23.

§. 6. ὅ τι ἀπαρασκευότατον] quam maxime imparatum. Buttm. §. 149. p. 452. Kühner. T. II. 590. e. (Gr. schol. §. 239. not. 2.). Sic paullo post ὅ τι πλείστους καὶ βελτίστους. §. 11. III, 1, 45. 4, 5. VII, 3, 7.

Ὁπόσας εἶχε φυλακὰς ἐν ταῖς πόλεσι, παρήγγειλε τοῖς φρουράρχοις ἑκάστοις] H. e. ὁπόσας εἶχε φυλακὰς ἐν τούτων (τῶν φυλακῶν) τοῖς φρουράρχοις ἑκάστοις παρήγγειλε. V. nos in Gr. T. II. §. 782. 4. (Gr. schol. §. 331. not. 3.). Φυλακαὶ sunt praesidia (*Garnisonen*) aut mili-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ἐν ταῖς πόλεσι, παρήγγειλε τοῖς φρουράρχοις ἑκάστοις λαμβάνειν ἄνδρας Πελοποννησίους ὅ τι πλείστους καὶ βελτίστους, ὡς ἐπιβουλεύοντος Τισσαφέρνους ταῖς πόλεσι. Καὶ γὰρ ἦσαν αἱ Ἰωνικαὶ πόλεις Τισσαφέρνους τὸ ἀρχαῖον, ἐκ βασιλέως δεδομέναι, τότε δ' ἀφεστήκεσαν πρὸς Κῦρον πᾶσαι πλὴν Μιλήτου· ἐν Μιλήτῳ δ' ὁ Τισσαφέρνης προαισθόμενος τὰ αὐτὰ ταῦτα βουλευομένους, 7

tes praesidiarii (φρουροί), mercede conducti (μισθοφόροι), qui maximam partem fuerunt Graeci, a Persarum regibus in urbibus Ionicis collocati.

Πελοποννησίους] ut qui fortitudine maxime excellerent. Cf. VI, 2, 10., ubi praeter ceteros Arcades et Achaei appellantur, et Hellen. VII, 1, 23.

ὡς ἐπιβουλεύοντος Τισσαφέρνους] H. e. λέγων Τισσαφέρνην ἐπιβουλεύειν. Infra §. 11. I, 3, 8. 10, 6. II, 1, 21. III, 4, 3. V, 7, 31. VI, 4, 23. V, 2, 12. ὡς — δεῆσον. VI, 4, 22. ὡς οὐδὲν δέον. V. nos in Gr. T. II. §. 671. b. (Gr. schol. §. 312, 6.) et ad Commentar. I, 1, 4.

ἦσαν] Non est fuerant, sed erant; nunquam enim imperfectum pro plusquamperfecto poni potest; imperfectum referendum est ad τὸ ἀρχαῖον, plane ut nos dicimus: *gehörten ehemals dem T.* Saepe mente supplendum est illud tempus, ad quod imperfectum referendum est, ut §. 8: καὶ γὰρ ὁ Κῦρος ἀπέπεμπε τοὺς γιγνομένους δασμοὺς βασιλεῖ ἐκ τῶν πόλεων, ὧν ὁ Τισσαφέρνης ἐτύγχανεν ἔχων, h. e. e civitatibus, quas Tissaphernes ante bellum cum Cyro gestum tenebat. Cf. I, 2, 22: οὗ οἱ Κίλικες ἐφύλαττον. 10, 1: ἔνθεν ὡρμῶντο (ubi v. adn.). 10, 10: βασιλεὺς — εἰς τὸ αὐτὸ σχῆμα κατέστησεν ἐναντίαν τὴν φάλαγγα, ὥσπερ τὰ πρῶτον — συνῄει, h. e. ut tum, quum primum congrediebatur. II, 1, 3: ἔνθεν τῇ προτεραίᾳ ὡρμῶντο, quod male tentatum est a Schneidero aliisque. 6. ἠνάγκαζον. 5, 35., ubi v. adn. 38. III, 4, 7: ᾤκουν δ' αὐτὴν τὸ παλαιὸν Μῆδοι. 13. ἐβοήθει. 11. ἀπώλλυσαν. IV, 3, 7: ἔνθα (ubi) — τὴν πρόσθεν νύκτα ἦσαν. VI, 3, 22: ἔνθα ἐπολιορκοῦντο. Idem valet de optativo imperfecti, uti IV, 3, 11: ἔλεγον, ὅτι τυγχάνοιεν φρύγανα συλλέγοντες, *dass sie damals gerade Reisig sammelten* (pro quo nos coniunctivo plusquamperfecti uti solemus: *gesammelt hätten*). Eadem ratio est participii praesentis, ut I, 2, 3: ἦν — καὶ ὁ Σωκράτης τῶν ἀμφὶ Μίλητον στρατευομένων, i. e. ex eis, qui superiore tempore ad M. militabant.

ἐκ βασιλέως δεδομέναι] Significanter praepositio ἐκ pro vulgari ὑπό cum passivo δίδοσθαι coniungitur; auctor doni cum fonte comparatur, e quo donum fluit. Hellen. III, 1, 6: ἐκείνῳ δὲ αὕτη ἡ χώρα δῶρον ἐκ βασιλέως ἐδόθη. Apud Atticos scriptores hic praepositionis ἐκ usus rarior est, apud Herodotum longe frequentissimus. V. nos in Gr. T. II. §. 599. p. 272. (Gr. schol. §. 288, 2.).

ἀφεστήκεσαν] Sic ABC DMNO pro vulg. ἀπέστησαν. Plusquamperfectum h. l. prope necessario requiritur, quum ob antecedentem enuntiationem accuratior temporis notatio vix desiderari possit.

§. 7. *προαισθόμενος — βουλευομένους*] quum praesensisset Mileti esse qui haec eadem consilia agitarent. Ad parti-

Digitized by Google

ἀποστῆναι πρὸς Κῦρον, τοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἐξέβαλεν. Ὁ δὲ Κῦρος ὑπολαβὼν τοὺς φεύγοντας συλλέξας στράτευμα ἐπολιόρκει Μίλητον καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν καὶ ἐπειρᾶτο κατάγειν τοὺς ἐκπεπτωκότας. Καὶ αὕτη αὖ ἄλλη πρόφασις ἦν αὐτῷ τοῦ ἀθροί-
8 *ζειν στράτευμα. Πρὸς δὲ βασιλέα πέμπων ἠξίου ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ δοθῆναί οἱ ταύτας τὰς πόλεις μᾶλλον ἢ Τισσαφέρνην ἄρχειν αὐτῶν· καὶ ἡ μήτηρ συνέπραττεν αὐτῷ ταῦτα· ὥστε βασιλεὺς τῆς μὲν πρὸς ἑαυτὸν ἐπι-*

§. 7. *Καὶ αὕτη αὖ*] sic ABCDFG; cf. I, 9, 19. II, 5, 26.; *καὶ αὕτη οὖν* M4, 2.; *αὕτη αὖ* EINO; KL et vulgo *αὐτὴ οὖν*. — §. 9. *τῇ καταντ.*] sic corr. Wyttenb. vulg. *τῆς κατ.*; Sturz.

cipium *βουλευομένους* non opus est intelligi *τινάς*, sed pronomen indefinitum in ipso participio latet. V. nos ad Commentar. I, 3, 8. Gr. T. II. §. 414, 5. (Gr. schol. §. 238, 4. e.). Cf. infra I, 3, 14. *ἐλθόντας*. II, 3, 23: *ἀδικοῦντα* (si quis iniuriam nobis inferat) — *πειρασόμεθα σὺν τοῖς θεοῖς ἀμύνασθαι*, et adnotata in IV, 3, 10. VI, 4, 3. 5, 24. Oec. I, 4. *ἑστηκότα*, ubi v. Breitenbach. Plura dedimus ad Commentar. I, 3, 8. Frequentissima sunt ea exempla, in quibus participium referendum est ad personam iam commemoratam, ut I, 4, 16: *ἐπεὶ ἤσθετο διαβεβηκότας*. VII, 3, 21. *καθημένοις*.

ἀποστῆναι πρὸς Κῦρον] Haec verba, ut grammatici interpretatio, auctore Wolfio ad Leptin. p. 323. et Wyttenbachio in Ecl. hist. p. 300. Lips., a Schneidero seclusa, recentiores editores optimo iure tutati sunt. Saepe enim infinitivus post pronomina explicationis caussa subiungitur. Infra VI, 2, 6: *ἀμφοῖν γὰρ ταῦτα ἐδόκει, μὴ ἀναγκάζειν πόλιν Ἑλληνίδα*. Plura contulit C. G. Krügerus in Commentatt. ad Dionys. Historiogr. p. 291 sq. Cf. nos in Gr. T. II. 642. c).

ὑπολαβὼν — συλλέξας] Participia *ἀσυνδέτως* adiungun-

tur, ubi vel eorum ratio diversa est, uti h. l. (ex receptis exsulibus collegit exercitum), vel ea mutua temporis vel caussae ratione inter se referuntur. Infra I, 2, 17: *στήσας τὸ ἅρμα παρὰ τῆς φάλαγγος πέμψας Πίγρητα τὸν ἑρμηνέα*, h. e. collocato carru, misit, non: collocavit et misit. 3, 5. extr. II, 1, 8: *βασιλεὺς κελεύει τοὺς Ἕλληνας — παραδόντας τὰ ὅπλα ἰόντας ἐπὶ τὰς βασιλέως θύρας εὐρίσκεσθαι, ἤν τι δύνωνται, ἀγαθόν*, h. e. Graecos traditis armis — se conferentes impetrare. 2, 9: *ὤμοσαν σφάξαντες κάπρον. — βάπτοντες — ξίφος*, h. e. apro mactato iuraverunt — intingentes ensem in sanguinem. 5, 39. III, 1, 13. extr. 30. V, 4, 22: *θύσαντες — ἀριστήσαντες — ποιησάμενοι — ἐποιήσαντο*. Ubi autem participiorum ratio par est, coniunguntur particulis *καί, τε — καί, δέ*, uti II, 1, 8: *οὗτοι δὲ προελθόντες καὶ καλέσαντες τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἄρχοντας λέγουσιν, ὅτι κτλ.* Sic etiam participium absolutum et coniunctum aut hoc et illud per *καί* etc. copulari possunt. I, 10, 6: *παρεσκευάζοντο ὡς ταύτῃ (αὐτοῦ) προσιόντος καὶ δεξόμενοι*. V, 6, 32: *διασπασθέντες δ' ἂν καὶ κατὰ μικρὰ γενομένης τῆς δυνάμεως οὔτ' ἂν τροφὴν δύναισθε*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

βουλῆς οὐκ ἠσθάνετο, Τισσαφέρνει δὲ ἐνόμιζε πολεμοῦντα αὐτὸν ἀμφὶ τὰ στρατεύματα δαπανᾶν· ὥστε οὐδὲν ἤχθετο αὐτῶν πολεμούντων. Καὶ γὰρ ὁ Κῦρος ἀπέπεμπε τοὺς μιγνομένους δασμοὺς βασιλεῖ ἐκ τῶν πόλεων, ὧν ὁ Τισσαφέρνης ἐτύγχανεν ἔχων. Ἄλλο δὲ στράτευμα 9
συνελέγετο αὐτῷ ἐν Χερρονήσῳ τῇ καταντιπέρας Ἀβύδου τόνδε τὸν τρόπον. Κλέαρχος Λακεδαιμόνιος φυγὰς ἦν. Τούτῳ συγγενόμενος ὁ Κῦρος ἠγάσθη τε αὐτὸν καὶ δίδωσιν αὐτῷ μυρίους δαρεικούς. Ὁ δὲ λαβὼν

L. X. I. p. 268. coni. *κατανt. τῆς Ἀ.* — *Κλ. Λ. φυγὰς ἦν*] sic A B C; reliqui codd. om. *ἦν*; vulgo *Κλ. ἦν Λ. φ.*

λαμβάνειν κτλ. VII, 1, 27. V. nos in Gr. T. II. §. 676, 2. et ad Comm. I, 1, 18. quosque ibi laudavimus.

φεύγοντας] exsules. Infra I, 3, 3. *φεύγοντα ἐκ τῆς πατρίδος*, expulsum patria. 9, 9. V, 3, 7: *ἐπεὶ δ' ἔφυγεν ὁ Ξενοφῶν* (exsul erat), ubi A habet *ἔφευγεν*. V, 7, 29. *φεύγει*, fugit et in fuga est. VI, 3, 4. *οἱ διαφεύγοντες*, fuga elapsi et salvi, et *διέφευγον*, effugerant et salvi erant (ubi v. adn.). 4, 25. *ἀποφεύγοντες* ex optimis codd. V. ad §. 1.

§. 9. *Χερρονήσῳ τῇ καταντιπέρας Ἀβύδου*] Chersoneso Thracica (*Halbinsel der Dardanellen*).

Κλέαρχος — φυγάς] Cf. de Clearcho I, 3, 3 sq. et II, 6, 1 sqq.; de exsilii caussa ibid. §. 3 sq. De enuntiationis forma v. ad I, 9, 14.

Τούτῳ] Exspectes *τούτῳ δέ*; sed observandum est Xenophontem saepissime uti oratione *ἀσυνδέτῳ*, ubi enuntiatio a demonstrativo pronomine ordiatur. Cf. I, 2, 5. 6. 24. 3, 16. 4, 5. 9. 5, 5. 10. 6, 1. 2. 3 8. et sexcentis aliis locis. Idem cadit in *ἐντεῦθα*, uti I, 2, 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13. 14. etc., et in *ἐντεῦθεν*, uti I, 2, 7. 10. 11. 13. 14. 19. 20. etc. De *οἱ μέν* v. ad II, 1, 6. Huc etiam referenda *οὕτω* III, 4, 30. et *ἔνθα*, tum, IV, 8, 28. Vel etiam ubi demonstrativum secundum vel tertium enuntiationis locum occupat, uti I, 3, 19: *ἔδοξε ταῦτα*. III, 2, 38. 3, 20. IV, 4, 6. V, 1, 7. 8: *ἔδοξε καὶ ταῦτα*. VI, 5, 9: *συνεδόκει ταῦτα*. (Cf. IV, 8, 14: *ταῦτα ἔδοξε*.) I, 4, 16: *ἀκούσαντες ταῦτα*. II, 4, 8. III, 5, 12. IV, 4, 19: *ἀκούσασι τοῖς στρατηγοῖς ταῦτα*. IV, 1, 20: *ἀποκρίνεται πρὸς ταῦτα*. VI, 1, 30: *ἐπεὶ ταῦτα εἶπε*, et VII, 7, 11: *ἐπεὶ ταῦτα ἤκουσεν*, ex A B E. Magis mirum asyndeton est I, 8, 9: *Τισσαφέρνης ἐλέγετο τούτων ἄρχειν*. VI, 5, 11: *Σαμόλας Ἀγαιὸς ταύτης ἦρχε τῆς τάξεως*.

ἠγάσθη τε αὐτόν] admiratione eius captus est. Hanc vim saepe aoristus habet. V. quae fusius de hoc usu exposuimus ad Commentar. I, 1, 18. *βουλεύσας*, senator factus. Infra I, 8, 4. *ἔσχε* (uti ex optimis codd. legendum est), i. e. occupavit. VI, 6, 33. *ἄρξαντα*, ducem factum. VII, 6, 20. *δυνασθείη*, potens factus esset. 7, 28. *πλουτῆσαι — φανῆναι — βασιλεῦσαι*.

δαρεικούς] *Δαρεικός* (*Darius d'or*), nummus aureus, pretium habuit viginti drachmarum Atticarum argenteearum, i. e. ex nostra computatione 4 thaler. 14 ggl.; drachma enim valuit pro $5\frac{1}{2}$ bonis grossis. V. Boeckh. *Staatshaush. d. Ath.* I. p. 28. Cf.

Digitized by Google

τὸ χρυσίον στράτευμα συνέλεξεν ἀπὸ τούτων τῶν χρημάτων καὶ ἐπολέμει ἐκ Χερρονήσου ὁρμώμενος τοῖς Θρᾳξὶ τοῖς ὑπὲρ Ἑλλησπόντου οἰκοῦσι καὶ ὠφέλει τοὺς Ἕλληνας· ὥστε καὶ χρήματα συνεβάλλοντο αὐτῷ εἰς τὴν τροφὴν τῶν στρατιωτῶν αἱ Ἑλλησποντιακαὶ πόλεις ἐκοῦσαι. Τοῦτο δ' αὖ οὕτω τρεφόμενον ἐλάνθανεν αὐτῷ
10 τὸ στράτευμα. Ἀρίστιππος δὲ ὁ Θετταλὸς ξένος ὢν ἐτύγχανεν αὐτῷ καὶ πιεζόμενος ὑπὸ τῶν οἴκοι ἀντισασιωτῶν ἔρχεται πρὸς τὸν Κῦρον καὶ αἰτεῖ αὐτὸν εἰς δισχιλίους ξένους καὶ τριῶν μηνῶν μισθόν, ὡς οὕτω περιγενόμενος ἂν τῶν ἀντισασιωτῶν. Ὁ δὲ Κῦρος δίδωσιν αὐτῷ εἰς τετρακισχιλίους καὶ ἓξ μηνῶν μισθὸν καὶ δεῖται αὐτοῦ μὴ πρόσθεν καταλῦσαι πρὸς τοὺς ἀντι-

Ἑλλησποντιακαί] sic BCFGIKL et Suid.; eodem ducit A, in quo est Ἑλλησπόντιαι καὶ πόλεις; vulgo Ἑλλησποντιακαί. — §. 10. ξένος ὢν ἐτύγχανεν] sic ABC, nisi quod A habet ξεῖνος; vulgo ἐτύγχανε ξένος ὤν; de Ionica forma ξεῖνος v. Heiland. de dial. X. p. 18. — §. 11. ξένον] sic ABDENQ; ξένον MO; reliqui φίλον; cf. paullo post ξένους ὄντας καὶ τούτους et

Poppo nem ad Cyrop. V, 2, 7. p. 293.

ἀπὸ σούτων τῶν χρημάτων] Saepe Graeci instrumentum, quo quid fit, notant praepositione ἀπό. Cf. II, 6, 5. V, 3, 9. 6, 15. V. eos ad Commentar. I, 2, 14. et in Gr. T. II. §. 598. p. 270. (Gr. schol. §. 288, 1. f.).

§. 10. Ἀρίστιππος ὁ Θετταλός] Larissaeus, e nobili Aleuadarum gente ortus. Cf. Platon. Menon. init.

ὡς οὕτω περιγενόμενος ἄν] dicens se sic (i. e. si a Cyro adiuvaretur) superaturum esse. De particula ὡς participio addita v. ad I, 1, 6., de particula ἄν cum participio consociata v. Buttm. §. 439, 5. Rost. Gr. ampl. §. 120, 6. c. bb. β. p. 612. Kühner. T. II. §. 455, 3. (Gr. schol. §. 260. p. 317 sq.) et ad Commentarios II, 2, 13. Cf. infra V, 2, 8: ἐσκοπεῖτο, πότερον εἴη κρεῖττον — τοὺς ὁπλίτας διαβιβάζειν, ὡς ἀλόντος ἂν τοῦ χωρίου, sperans, si id fieret, locum expugnari posse. VI, 4, 7: εἰς δὲ τὸ πόλισμα ἂν γενόμενον, h. e. εἰς τὸ χωρίον, ὅ, εἴ τις ἠθέλησε, πόλισμα ἂν ἐγένετο. VII, 7, 30.

καταλῦσαι πρὸς τοὺς ἀντισασιώτας] Sturzius L. X. T. II. p. 689. supplet τὸν πόλεμον comparatque Thuc. V, 23., ubi etiam καταλύειν sine accus. τὸν πόλεμον legitur, ubi Dukerus affert Thuc. V, 47: καταλύειν μηδεμιᾷ τῶν πολίων, et Poppo (P. III. Vol. 3. p. 506.) Thuc. VIII, 58: ἦν δὲ καταλύειν βούλωνται τοῖς Ἀθηναίοις, ἐν ὁμοίῳ καταλύεσθαι. Ego vero nihil supplendum, sed καταλύειν intransitiva vel reflexiva vi dictum censeo, ut sit redire in gratiam cum aliquo, quas vi alibi καταλύεσθαι, ut Xen. Hellen. VI, 3, 6. extr. Thuc. I, 81. IV, 18. V, 15. et alibi (v. Poppo nem I, 1. p. 265.), aut διαλλάττεσθαι, συναλλάττεσθαι (infra I, 2, 1: τῷ Ἀριαίῳ συναλλαγέντι πρὸς τοὺς οἴκοι) dicitur.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

στασιώτας, πρὶν ἂν αὐτῷ συμβουλεύσηται. Οὕτω δὲ αὖ τὸ ἐν Θετταλίᾳ ἐλάνθανεν αὐτῷ τρεφόμενον στράτευμα. Πρόξενον δὲ τὸν Βοιώτιον, ξένον ὄντα αὐτῷ, 11
ἐκέλευσε λαβόντα ἄνδρας ὅ τι πλείστους παραγενέσθαι, ὡς ἐς Πισίδας βουλόμενος στρατεύεσθαι, ὡς πράγματα παρεχόντων τῶν Πισιδῶν τῇ ἑαυτοῦ χώρᾳ. Σοφαίνετον δὲ τὸν Στυμφάλιον καὶ Σωκράτην τὸν Ἀχαιόν, ξένους ὄντας καὶ τούτους, ἐκέλευσεν ἄνδρας λαβόντας ἐλθεῖν ὅ τι πλείστους, ὡς πολεμήσων Τισσαφέρνῃ σὺν τοῖς φυγάσι τῶν Μιλησίων. Καὶ ἐποίουν οὕτως οὗτοι.

II. Ἐπεὶ δ' ἐδόκει ἤδη πορεύεσθαι αὐτῷ ἄνω, τὴν 1
μὲν πρόφασιν ἐποιεῖτο ὡς Πισίδας βουλόμενος ἐκβαλεῖν παντάπασιν ἐκ τῆς χώρας· καὶ ἀθροίζει ὡς ἐπὶ τούτους

III, 1, 4. V, 3, 5. — ἐς] sic ABCIKMO; εἰς FG; reliqui ἐπί; de ἐς v. ad II, 4, 4. — Πισίδας] sic M, uti Commentar. III, 5, 26., v. Steph. Byz.; Πεσίδας M; Πισσίδας aut Πεισσίδας ABDE; reliqui c. vulg. Πεισίδας. — Τισσαφέρνῃ] Τισσαφέρνει HIKL, v. ad I, 4, 2.

Cap. II. §. 1. ἤδη πορ. αὐτῷ] sic ABC pro αὐτῷ ἤδη πορ.

§. 11. Πρόξενον] De eo fusius Xenophon exponit infra II, 6, 16—20.

ὡς ἐς Πισίδας βουλόμενος στρ.] dictitans se velle in Pisidarum terram expeditionem facere. De ἐς Πισίδας, in Pisidarum terram, cf. I, 3, 5: Ἕλληνας ἀγαγὼν εἰς τοὺς βαρβάρους. V, 2, 2: εἰς τοὺς Δρίλας — ἦγον. 4, 2: πέμπουσιν εἰς αὐτούς. Sic διαγγέλλειν εἰς τὸ στράτευμα VII, 1, 14., ubi στράτευμα idem fere est, quod στρατόπεδον. De ὡς participio addito v. ad §. 6. Cf. II, 2, 1: τὴν μὲν πρόφασιν ἐποιεῖτο ὡς Πισίδας βουλόμενος ἐκβαλεῖν. 19. Pisidae erant incolae regionis inter Pamphyliam, Cariam, Phrygiam et Lycaoniam sitae, gens bellicosissima.

Στυμφάλιον] Stymphālus erat oppidum Arcadiae, prope Tegeam situm.

Σωκράτην] De Socratis moribus cf. II, 6, 30.

σὺν τοῖς φυγάσι τῶν Μιλησίων] Cf. §. 7.

Cap. II. §. 1. ἄνω] in mediterraneas Asiae regiones. Cf. IV, 1, 6. Sic ἄνωθεν VII, 7, 2.

τὴν μὲν πρόφασιν] Μέν referendum est ad sententiam suppressam quidem, sed facile ex eis quae sequuntur eliciendam: sed revera adversus regem proficiscebatur. De hoc quod dicitur μὲν solitario v. nos in Gr. T. II. §. 734, 2. (Gr. schol. §. 322. not. 4.) et ad Xen. Commentar. I, 1, 1. ἡ μὲν γὰρ γραφή. Infra I, 10, 1. (ubi cf. adn.). III, 1, 19. ἐγὼ μέν. 2, 8: τὴν μὲν τῶν βαρβάρων ἐπιορκίαν — λέγει, ubi μέν referendum est ad sententiam in seqq. latentem: de nostra autem conditione. V, 7, 33. VI, 3, 14. 16. 6, 15.

ὡς — βουλόμενος] dictitans se — velle. V. adnotata in c. 1, 6.

ὡς ἐπὶ τούτους] H. e. προφασιζόμενος ἐπὶ τούτους πορεύεσθαι. V. Buttm. §. 149. p. 451. Kühner. T. II. §. 604. not.

Digitized by Google

τό τε βαρβαρικὸν καὶ τὸ Ἑλληνικὸν ἐνταῦθα στράτευμα· καὶ παραγγέλλει τῷ τε Κλεάρχῳ λαβόντι ἥκειν ὅσον ἦν αὐτῷ στράτευμα καὶ τῷ Ἀριστίππῳ συναλλαγέντι πρὸς τοὺς οἴκοι ἀποπέμψαι πρὸς ἑαυτόν· ὃ εἶχε στράτευμα· καὶ Ξενίᾳ τῷ Ἀρκάδι, ὃς αὐτῷ προεστήκει τοῦ ἐν ταῖς πόλεσι ξενικοῦ, ἥκειν παραγγέλλει λαβόντα τοὺς ἄνδρας, πλὴν ὁπόσοι ἱκανοὶ ἦσαν τὰς ἀκροπόλεις φυλάττειν.
2 Ἐκάλεσε δὲ καὶ τοὺς Μιλητῶν πολιορκοῦντας καὶ τοὺς φυγάδας ἐκέλευσε σὺν αὐτῷ στρατεύεσθαι, ὑποσχόμενος αὐτοῖς, εἰ καλῶς καταπράξειεν ἐφ' ἃ ἐστρατεύετο, μὴ

προεστήκει] sic A B C pro προειστήκει. — ἥκειν παραγγέλλει] sic A B C D E pro παρήγγειλε. — ἱκανοὶ ἦσαν] v. adn. — §. 2. κατάγοι] sic A B C pro καταγάγοι. — §. 3. εἰς τριακοσίους μὲν ὁπλίτας, τριακοσίους δὲ πελταστὰς ἔχων]

(Gr. schol. §. 290. not. 2.). Infra I, 2, 4. IV, 3, 11. ὡς ἐπὶ τοῦτο, ubi v. adnotata. VI, 4, 24: διεσπείροντο ὡς ἐπὶ τὸ λαμβάνειν. VII, 1, 37: ὡς ἐπὶ δάσμευσιν ἐθύετο. IV, 3, 21. ὡς πρὸς τὴν — ἔκβασιν. Cf. ad I, 8, 1.

ἐνταῦθα] Zeunius interpretatur illuc, in illum locum, ubi sunt Pisidae; Krügerus intelligit Sardes, comp. §. 4. At huic sententiae vehementer videtur repugnare vocabuli ἐνταῦθα collocatio. Quare hoc verbum sic explicandum iudico: barbarorum et Graecorum quem Cyrus ibi, ubi versabatur (in regno suo), collectum habebat. Neque vero opus est cum Dindorfio τὸ ἐνταῦθα legi.

συναλλαγέντι πρὸς τοὺς οἴκοι] V. c. I, 10.

τοῦ ἐν ταῖς πόλεσι ξενικοῦ] V. c. I, 6.

ἥκειν παραγγέλλει λαβόντα] Paullo ante per attractionem παραγγέλλει τῷ τε Κλεάρχῳ λαβόντι ἥκειν. De hac structurae varietate fusius exposuimus ad Xenoph. Commentar. I, 1, 9. I, 3, 5: ἀνάγκη δή μοι — ὑμᾶς προδόντα τῇ Κύρου φιλίᾳ χρῆσθαι. II, 1, 19: εἰ — μία τις (ἐλπὶς) ὑμῖν ἔστι σωθῆναι πολεμοῦντας. III, 1, 5: συμβουλεύει τῷ Ξενοφῶντι ἐλθόντα εἰς Δελφοὺς ἀνακοινῶσαι τῷ θεῷ περὶ τῆς πορείας. 2, 1: ἔδοξεν αὐτοῖς προφύλακας καταστήσαντας συγκαλεῖν τοὺς στρατιώτας. 26. 36. 4, 35. IV, 1, 12. 26. 3, 10. 8, 10. 12. V, 2, 12. 6, 1. VI, 6, 30. 39: δέονται δέ σου καὶ τοῦτο, παραγενόμενον καὶ ἄρξαντα ἑαυτῶν πειρανλαβεῖν. VII, 1, 10: ἐγώ σοι συμβουλεύω ἐξελθεῖν ὡς πορευσόμενον. 30. Adde Breitenbachium ad Oec. I, 4.

ὁπόσοι ἱκανοὶ ἦσαν] Sic cum Bornemanno et Dindorfio ex optimis codd. A B C D E rescripsi pro vulg. εἶησαν. Utrumque recte se habet. Indicativus rem e Xenophontis mente proponit, optativus e Cyri mente. Saepe etiam in interiectis orationis obliquae enuntiationibus indicativus imperfecti ponitur pro optativo aut, obliqua oratione formam rectae induente, pro indicativo praesentis. Indicativus imperfecti locum habet, ratione habita temporis enuntiationis primariae. V. nos in Gr. schol. §. 345. not. 5. Nuper hunc grammaticae locum multis exemplis illustravit Madvigius in Observatt. gr. p. 17. Cf. §. 2. ἐφ' ἃ ἐστρατεύετο. I, 2,

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

πρόσθεν παύσασθαι, πρὶν αὐτοὺς κατέγοι οἶκαδε. Οἱ δὲ ἡδέως ἐπείθοντο· ἐπίστευον γὰρ αὐτῷ· καὶ λαβόντες τὰ ὅπλα παρῆσαν εἰς Σάρδεις. Ξενίας μὲν δὴ τοὺς ἐκ 3
τῶν πόλεων λαβὼν παρεγένετο εἰς Σάρδεις, ὁπλίτας εἰς τετρακισχιλίους. Πρόξενος δὲ παρῆν ἔχων ὁπλίτας μὲν εἰς πεντακοσίους καὶ χιλίους, γυμνήτας δὲ πεντακοσίους· Σοφαίνετος δὲ ὁ Στυμφάλιος ὁπλίτας ἔχων χιλίους· Σωκράτης δὲ ὁ Ἀχαιὸς ὁπλίτας ἔχων ὡς πεντακοσίους. Πασίων δὲ ὁ Μεγαρεὺς εἰς τριακοσίους μὲν ὁπλίτας, τριακοσίους δὲ πελταστὰς ἔχων παρεγένετο· ἦν

Sic A B C D E M N O, nisi quod A B C D O om. *εἰς*, quod facile ultima antecedentis vocabuli syllaba absorberi potuit; reliqui *εἰς ἑπτακοσίους ἔχων ἄνδρας*; v. adn.

21. II, 2, 5. 15. III, 1, 2. 3, 12. IV, 3, 29: (*παρήγγειλε*) *διεβαίνειν, ᾗ ἕκαστος τὴν τάξιν εἶχεν.* In eiusmodi locis res e codicum auctoritate diiudicanda est.

§. 2. *τοὺς Μίλητον πολιορκοῦντας*] V. c. 1, 7.

ὑποσχόμενος — παύσασθαι] Verba, quorum obiectum in futuro tempore positum est, ut *ἐλπίζειν, προσδοκᾶν*, cum infinitivo vel futuri, vel praesentis, vel aoristi copulari possunt. Cf. II, 1, 19. VI, 5, 17. *ἐλπίζετε — δέξασθαι.* Sed observandum est post verba dicendi, pollicendi, iurandi, putandi infinitivum aoristi plerumque significare praeteritam rem, raro, uti h. l., futuram. Quocirca Madvigius in Observatt. gr. p. 38. in eiusmodi locis vel infinitivum aoristi in futurum mutandum, vel *ἄν* addendum censet. Quae ratio nimis temeraria videtur. Cf. infra II, 3, 20: *ὑπέσχετό μοι βουλεύσασθαι* (in omnibus codd.). Oec. VII, 8: *ὑπισχνουμένη — γενέσθαι, οἷαν δεῖ* (in omnibus codd.). Cf. nos ad Commentar. I, 2, 10. et in Gr. T. II. §. 446. not. 2. (Gr. schol. §. 257. not. 2., ubi, quid discriminis sit trium temporum, expositum est).

παρῆσαν εἰς Σάρδεις] Praegnanti structura dictum pro *ἐλθόντες εἰς Σάρδεις παρῆσαν.* Infra VII, 1, 35. 2, 5: *ἐλέγετο δὲ, ὅτι καὶ ναύαρχος — παρείη εἰς Ἑλλήσποντον.* 4, 6: *ἅμα τῇ ἡμέρᾳ παρῆσαν εἰς τὰς κώμας.* Neque aliter VI, 4, 15. *παρεῖναι ἐπὶ τὴν θυσίαν.* VI, 5, 25: *παρηγγέλλετο δὲ τὰ μὲν ὅρατα ἐπὶ τὸν δεξιὸν ὦμον ἔχειν*, i. e. *ἐπὶ τὸν — ὦμον λαβόντας ἐπ' αὐτῷ ἔχειν.* Plura dedimus in Gr. T. II. §. 622. b. (Gr. schol. §. 300, 3. b.). Cf. Rost. §. 168, 6. b. aa. p. 431. Eadem structura etiam Latini scriptores utuntur. V. nos in Gr. Lat. §. 120. not. 2.

§. 3. *μὲν δή*] V. ad c. 1, 4.

τοὺς ἐκ τῶν πόλεων λαβών] V. ad c. 1, 5. *τῶν παρὰ βασιλέως.*

εἰς τριακ. μ. ὁ., τριακ. δὲ π. ἔχων] Hanc scripturam, plurimorum optimorumque codd. (v. var. scr.) auctoritate fultam, cum Dindorfio revocavi, quia vix dubitandum mihi videtur, quin altera scriptura, *εἰς ἑπτακοσίους ἔχων ἄνδρας*, quae levi codicum auctoritate nititur, a glossatore profecta sit, qui, numeros militum h. l. positos cum universi exercitus numero, quem Xenophon paullo infra (§. 9.) commemoravit, conciliaturus, ipsum scri-

Digitized by Google

δὲ καὶ οὗτος καὶ ὁ Σωκράτης τῶν ἀμφὶ Μίλητον στρα-
4 τευομένων. Οὗτοι μὲν εἰς Σάρδεις αὐτῷ ἀφίκοντο. Τισ-
σαφέρνης δὲ κατανοήσας ταῦτα καὶ μείζονα ἡγησάμενος
εἶναι ἢ ὡς ἐπὶ Πισίδας τὴν παρασκευὴν πορεύεται ὡς
βασιλέα ᾗ ἐδύνατο τάχιστα ἱππέας ἔχων ὡς πεντακο-
5 σίους. Καὶ βασιλεὺς μὲν δὴ ἐπεὶ ἤκουσε παρὰ Τισσα-
φέρνους τὸν Κύρου στόλον, ἀντιπαρεσκευάζετο.

Κῦρος δὲ ἔχων οὓς εἴρηκα ὥρμᾶτο ἀπὸ Σάρδεων·
καὶ ἐξελαύνει διὰ τῆς Λυδίας σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγ-
γας εἴκοσι καὶ δύο, ἐπὶ τὸν Μαίανδρον ποταμόν. Τού-
του τὸ εὖρος δύο πλέθρα· γέφυρα δὲ ἐπῆν ἐπεζευγμένη

§. 5. οὓς εἴρηκα] sic ABCDEMNO; ὡς εἶπον FGHIKL et Aldina; οὓς εἶπον Schneid. cum aliis. — ἐπεζευγμένη] sic ABCM2 pro ἐζευγμένη. — §. 6. οἰκουμένην καὶ εὐθ.] sic

ptorem corrigere non dubitaverit. Ac primum quidem uti facillimum est ad intelligendum, unde deteriorum codicum scriptura nata sit, ita vix ulla sana excogitari potest caussa, cur, si haec scriptura in archetypo fuisset, mutata sit in eam, quam recepimus. Dein observandum est Xenophontem neque hoc quem tractamus loco, neque §. 9. id secutum esse consilium, ut mathematicorum subtilitate militum numerum subduceret, sed satis habuisse utroque loco rotundos ponere numeros. Cf. εἰς πεντακοσίους καὶ χιλίους etc., ὡς πεντακοσίους etc. Neque vero id plane praetermittendum est, quod, quum antea semper nomen ὁπλῖται additum sit, h. l. simpliciter ἄνδρας dicatur.

ἦν — τῶν ἀμφὶ M. στρατευομένων] De genitivo v. Buttm. §. 132, 5. c). Rost. §. 162. II, 3). Kühner. T II. §. 518, 2, 1). (Gr. schol. §. 273, 3. a.). Infra II, 6, 26. τῶν ἀπαιδεύτων — εἶναι. De participio praesentis v. nos ad I, 1, 6. ἦσαν.

§. 4. Τισσαφέρνης] Cf. II, 3, 19. Aliter Ephorus, qui teste Diodoro XIV, 11. tradidit Alcibiadem primum Cyri consilium Pharnabazo prodidisse ob eamque rem ab hoc interfectum esse. „Quod ex fide Ephori repetierunt Plutarchus et Cornelius Nepos in Alcib. (IX, 6.)." SCHNEIDERUS.

μείζονα — ἢ ὡς ἐπὶ Πισίδας τὴν παρασκευήν] apparatum maiorem, quam ut contra P. factum. De ὡς ἐπί v. ad I, 2, 1.

§. 5. σταθμούς] Σταθμός, mansio (*Nachtquartier*), i. e. „locus, ubi exercitus diei itinere confecto unam noctem aut aliquot dies commoratur," saepe, uti h. l., significat „iter inter duas mansiones, iter unius diei; parasangas pro itineris maiore minoreve difficultate complectitur modo plures, modo pauciores, plerumque quinque. IV, 6, 4., sed plures I, 2, 5. 6. 7. 10. 20. etc. (semel §. 11. 10, quod vix probabile), pauciores 1, 7, 14. II, 4, 13. all." POPPO in Ind. h. v. V. Sturzium L. X. Vol. IV. p. 79 sqq.

παρασάγγας] Herod. II, 6: δύνανται δὲ ὁ παρασάγγης τριήκοντα στάδια. Plura suppeditabit Sturzius L. X. Vol. III. p. 435. Stadium autem erat Graecorum pedum 600, Romanorum 625. V. Sturzium l. d. Vol. IV. p. 77 sq. Stadia 40 effi-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

πλοίοις ἑπτά. Τοῦτον διαβὰς ἐξελαύνει διὰ Φρυγίας 6
σταθμὸν ἕνα, παρασάγγας ὀκτώ, εἰς Κολοσσάς, πόλιν
οἰκουμένην καὶ εὐδαίμονα καὶ μεγάλην. Ἐνταῦθα ἔμει-
νεν ἡμέρας ἑπτά· καὶ ἦκε Μένων ὁ Θετταλός, ὁπλίτας
ἔχων χιλίους καὶ πελταστὰς πεντακοσίους, Δόλοπας καὶ
Αἰνιᾶνας καὶ Ὀλυνθίους. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς 7
τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσιν, εἰς Κελαινάς, τῆς Φρυγίας
πόλιν οἰκουμένην, μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. Ἐνταῦθα
Κύρῳ βασίλεια ἦν καὶ παράδεισος μέγας ἀγρίων θηρίων
πλήρης, ἃ ἐκεῖνος ἐθήρευεν ἀπὸ ἵππου, ὁπότε γυμνά-
σαι βούλοιτο ἑαυτόν τε καὶ τοὺς ἵππους. Διὰ μέσου δὲ

ABCD; reliqui om. καί; cf. §. 7. — ἦκε] sic ABCE pro ἥκει, quod alienum ab h. l.; ἥκει enim est i. q. πάρεστι. — ὁπλίτας ἔχ.] sic ABC pro ἔχ. ὁπλ.

ciebant mensuram unius Germanici aut geographici milliarii.

πλέθρα] Πλέθρον est sexta pars stadii, i. e. mensura Graecorum pedum 100 (Romanorum 104). V. Sturzium L. X. Vol. III. p. 552 sq.

§. 6. Μένων ὁ Θετταλός] missus ab Aristippo Thessalo, qui a Cyro hospite quattuor milia militum ad perdomandos seditiosos cives Larissae, urbis Thessaliae, acceperat (v. I, 1, 10.). Infra II, 6, 28: (Μένων) παρὰ Ἀριστίππῳ μὲν ἔτι ὡραίως ὢν στρατηγεῖν διεπράξατο τῶν ξένων.

Δόλοπας] qui incolebant regionem Epiri meridionalis, inter Acarnaniam, Aetoliam, Pindum et Perrhaebos sitam. Aenianes gens fuit Thessaliae meridionalis, ad montem Oetam et ad Sperchii ripas habitans, Olynthii incolae Olynthi, quae erat urbs Chalcidices. Pro Αἰνιᾶνες infra VI, 1, 7. in tribus optimis codd. legitur Αἰνειᾶνες. Eadem scripturae varietas est etiam in Agesil. II, 6. et 24. Atque etiam apud Strabonem et Pausaniam forma Αἰνειᾶνες reperitur. V. Poppo nem ad Thuc. Part. I. Vol. II. p. 303.

§. 7. σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσιν] V. Ainsworth. *Travels in the track of the ten thousand Greeks. London*, 1844. p. 23 sq. C. Koch. *der Zug der Zehntausend. Lpz.* 1850. p. 14.

ἃ ἐκεῖνος ἐθήρευεν ἀπὸ ἵππου] quae ille venabatur ex equo. Nos dicimus *zu Rosse*; sed altera structura vim habet praegnantem: in equo sedere et ab eo iacula deiicere. V. nos in Gr. T. II. §. 598. p. 268.

ὁπότε — βούλοιτο] Optativus significat actionem saepius repetitam. V. Buttm. §. 139, 1. not. 2. Rost. §. 179, 5. c). Kühner. T. II. §. 809. b. et §. 797, 3. (Gr. schol. §. 337, 7.) et ad Xen. Commentar. I, 2, 57. De ὁπότε cf. I, 9, 25. III, 4, 20. etc.; ὅτε II, 6, 12. IV, 1, 16. 17.; ἐπεί I, 5, 2. 8, 20. IV, 7, 10. 17.; ἐπειδή IV, 5, 8.; εἰ I, 5, 2. 9. 11. etc.; ὅπου I, 9, 15. 27. III, 1, 32. IV, 5, 30. 32.; ὅπη IV, 2, 24. De ὅστις v. ad I, 1, 5. de indicativo ad IV, 7, 16.

γυμνάσαι — ἑαυτόν τε καὶ τοὺς ἵππους] Pro γυμνάσασθαι dixit γυμνάσαι ἑαυτόν, quia se opposuit equis. V. nos in Gr. T. II. §. 395. (Gr. schol. §. 250. not. 3.).

Digitized by Google

τοῦ παραδείσου ῥεῖ ὁ Μαίανδρος ποταμός· αἱ δὲ πηγαὶ αὐτοῦ εἰσιν ἐκ τῶν βασιλείων· ῥεῖ δὲ καὶ διὰ τῆς Κελαινῶν
8 πόλεως. Ἔστι δὲ καὶ μεγάλου βασιλέως βασίλεια ἐν Κελαιναῖς ἐρυμνὰ ἐπὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ Μαρσύου ποταμοῦ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει· ῥεῖ δὲ καὶ οὗτος διὰ τῆς πόλεως καὶ ἐμβάλλει εἰς τὸν Μαίανδρον· τοῦ δὲ Μαρσύου τὸ εὖρος εἴκοσι καὶ πέντε ποδῶν. Ἐνταῦθα λέγεται Ἀπόλλων ἐκδεῖραι Μαρσύαν νικήσας ἐρίζοντά οἱ περὶ σοφίας καὶ τὸ δέρμα κρεμάσαι ἐν τῷ ἄντρῳ, ὅθεν αἱ πηγαί· διὰ
9 δὲ τοῦτο ὁ ποταμὸς καλεῖται Μαρσύας. Ἐνταῦθα Ξέρ-

§. 9. Σῶσις — Συρακ.] v. adn. — τριακοσίους] sic ADMNO pro χιλίους; de BG tacet Gail.; E omisit verba καὶ τοξόνας Κρ. δ. ἄ. δ. κ. Σ. π. ὁ Σ. ξ. ὁ. τριακοσίους, oculo librarii ab ἑκτακοσίους ad τριακοσίους aberrante. — καὶ ἐγένοντο — ἀμφὶ τοὺς δισχιλίους] hunc locum mire interpolatum a librario, qui breviorem huius loci numerorum subductionem ex superioribus supplere studuit, ABCDEMO sic exhibent: καὶ ἐγένοντο οἱ Ἕλληνες (O et edd. vett. οἱ σύμπαντες) ὁπλῖται μὲν μύ-

αἱ δὲ πηγαὶ αὐτοῦ εἰσιν ἐκ τῶν βασιλείων] Livius XXXVIII, 13: „Maeander ex arce summa Celaenarum ortus, media urbe decurrens per Caras primum, deinde lenis in sinum máris editur, qui inter Prienen et Miletum est." Ceterum cf. Ainsworth. *Travels in the track of the ten thousand Greeks*, p. 22.

§. 8. ἐπὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ Μαρσύου ποταμοῦ] Xenophon diversos esse Maeandri et Marsyae fontes dicit. Neque aliter Livius XXXVIII, 13: Marsyas amnis haud procul a Maeandri fontibus oriens in Maeandrum cadit. At Maximus Tyrius (Dissert. VIII.), qui se illos fluvios vidisse testatur: Ἀφίησιν αὐτούς, inquit, πηγὴ μία — διελοῦσα τοῖς ποταμοῖς καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὰ ὀνόματα. Huic assentitur Strabo XII, 8. p. 74. V. Krügerum de authent. p. 9 sq., qui scriptorum discrepantiam conciliare studuit. Optime rem expeditam reperis apud W. F. Ainsworth. l. d. p. 20 sq. Cf. Koch. l. d. p. 17.

Ἀπόλλων ἐκδεῖραι Μαρσύαν] Herodot. VII, 26. Livius XXXVIII, 13: Famaque ita tenet, Celaenis Marsyam cum Apolline tibiarum cantu certasse. Plura de hac fabula collegerunt Sturzius L. X. T. III. p. 82., Hutchinsonus ad h. l. et Klopferus in Nitschii *mythol. Wörterb.* T. II. p. 195 — 197.

σοφίας] „De arte musica, περὶ τέχνης Diod. III, 59., περὶ μουσικῆς Apollodor. I, 4, 2." SCHNEID. „Suidas: Σοφίαν· κοινῶς ἁπάντων μάθησιν, καὶ τὴν τέχνην, καὶ τὴν φρόνησιν καὶ ἐπιστήμην ἢ τὸν νοῦν. Eustath. ad Iliad. σ'. p. 1023: Οἱ γὰρ παλαιοὶ σοφοὺς ἐκάλουν ἅπαντας τοὺς τεχνίτας. Poetas σοφοὺς dici constat ex Pindari enarratore ad Isthm. V, 35. et Anacreont. 53." HUTCH.

§. 9. τῇ μάχῃ] Salaminia, 480 a. Chr. commissa.

πελτασταὶ Θρᾷκες] Thraces milites erant levis armaturae, ἐν πέλταις καὶ ἀκοντίοις διαγωνιζόμενοι, ut ait Xen. Comment. III, 9, 2. Gravis armaturae milites (ὁπλῖται) ἀσπίδας gerebant et δόρατα.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ξης, ὅτε ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ ἀπεχώρει, λέγεται οἰκοδομῆσαι ταῦτά τε τὰ βασίλεια καὶ τὴν Κελαινῶν ἀκρόπολιν. Ἐνταῦθα ἔμεινε Κῦρος ἡμέρας τριάκοντα· καὶ ἦκε Κλέαρχος ὁ Λακεδαιμόνιος, φυγάς, ἔχων ὁπλίτας χιλίους καὶ πελταστὰς Θρᾷκας ὀκτακοσίους καὶ τοξότας Κρῆτας διακοσίους. Ἅμα δὲ καὶ Σῶσις παρῆν ὁ Συρακούσιος ἔχων ὁπλίτας τριακοσίους, καὶ Σοφαίνετος ὁ Ἀρκὰς ἔχων ὁπλίτας χιλίους. Καὶ ἐνταῦθα Κῦρος ἐξέτασιν καὶ ἀριθμὸν τῶν Ἑλλήνων ἐποίησεν ἐν τῷ παραδείσῳ· καὶ ἐγένοντο οἱ σύμπαντες ὁπλῖται μὲν μύριοι

ριοι καὶ (D om. καὶ) χίλιοι (B καὶ χίλιοι μὲν μύριοι), πελτασταὶ δὲ πεντακόσιοι, γυμνῆτες δὲ (O et M1. 2. 3. om. δέ) πεντακόσιοι, Κρῆτες δὲ διακόσιοι, Θρᾷκες (δὲ addunt BMO) ὀκτακόσιοι· σύμπαντες ἀριθμὸς (M ἀριθμόν) μύριοι τριςχίλιοι, οἱ σύμπαντες ὁπλῖται μὲν μύριοι χίλιοι (haec sex vocabula om. BMO), πελτασταὶ δὲ ἀμφὶ τοὺς διςχιλίους.

τοξότας Κρῆτας] Cretenses sagittarii mobilissimi fuerunt. V. quos interpretes afferunt Vellei. Paterc. II, 34, 1. Strab. X, 4. p. 379. Plat. Legg. p. 625. E. Cf. infra III, 3, 7.

Σῶσις] Est coniectura P. Burmanni, qui ad Syllogen Inscriptt. post Dorvillii Sicula p. 504. et 553. „hoc nomen, Siculis frequentatum, ut apparet ex numis, inscriptionibus et Livio XXIV, 21. 25. XXV, 25. XXVI. 21," Xenophonti restituendum censuit. V. de hac Doriensium declinatione Ahrens. de dial. Dor. p. 238 sq. Heiland. de dial. Xen. p. 11. et Schoemann. ad Isaeum p. 274. Neque Dindorfius hanc egregiam coniecturam recipere dubitavit. Latet ea in scriptura codicis praestantissimi A: σώστης, unde natum est σωκράτης, quod habent BMNO. Vulgo legebatur Σωσίας, quod quum sit nomen Graecum (v. Plat. Cratyl. p. 397. B.), facile Siculum nomen Σῶσις exturbare potuit.

Συρακούσιος] Non sum ausus contra omnium codicum veterumque editionum fidem scribere Συρακόσιος; nam ne post ea quidem, quae de hac forma Boeckhius ad Pindar. Ol. VI, 6., Poppo ad Thuc. P. I. Vol. I. p. 213. P. II. Vol. I. p. 155 sq., Bornemannus ad Xen. Symp. II, 1. p. 61. VI, 6. p. 171. disputaverunt, res ad liquidum perducta videtur. Ego quidem utramque formam Xenophonti in usu fuisse arbitror et, haecne, an illa recipienda sit, e codicum auctoritate diiudicandum esse. Cf. infra I, 10, 14.

Σοφαίνετος] „Sophaeneti adventus iam §. 3. commemoratus est, nec diversos esse Sophaenetum Stymphalium et S. Arcadem inde patet, quod in seqq. libris semper unius tantum mentio iniicitur. — Nec dubito, quin Sophaenetus ex §. 3. huc immigraverit et verum nomen loco expulerit. Hoc autem, nisi fallor, fuit Κλεάνωρ, qui quum infra II, 5, 37. coll. II, 1, 10. inter praetores commemoretur, mirum foret, si eius adventus a Xenophonte non notatus esset." KRÜGERUS de authent. p. 40 sq.

Digitized by Google

10 καὶ χίλιοι, πελτασταὶ δὲ ἀμφὶ τοὺς διχιλίους. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, εἰς Πέλτας, πόλιν οἰκουμένην. Ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας τρεῖς, ἐν αἷς Ξενίας ὁ Ἀρκὰς τὰ Λύκαια ἔθυσε καὶ ἀγῶνα ἔθηκε· τὰ δὲ ἆθλα ἦσαν στλεγγίδες χρυσαῖ· ἐθεώρει δὲ τὸν ἀγῶνα καὶ Κῦρος. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δώδεκα, ἐς Κεραμῶν ἀγοράν, πόλιν οἰκουμένην,

§. 10. στλεγγίδες] στελεγγίδες A D M2. — ἐς] sic A B C pro εἰς, v. ad II, 4, 4. — πρὸς τῇ *M.*] sic A B C D E M1. 2. 3. O pro ἐπὶ τῇ *M.*

ὁπλῖται — μύριοι καὶ χίλιοι]

	Xeniae	4000
	Proxeni	1500
Sophaeneti	Stymphal.	1000
	Socratis	500
	Pasionis	300
	Menonis	1000
	Clearchi	1000
	Sosidis	300
Sophaeneti	Arcadis	1000

Inde efficitur summa 10600. — Levis armaturae milites, i. e. πελτασταί, γυμνῆτες et τοξόται, sunt:

Proxeni	500
Pasionis	300
Menonis	500
Clearchi	1000

Sunt: 2300. Neque hic, neque gravis armaturae militum numerus respondet eis numeris, quos Xenophon posuit. Cui discrepantiae quomodo librarii succurrere studuerint, ad §. 3. εἰς τριακοσίους μὲν ὁπλίτας, τριακοσίους δὲ πελταστάς vidimus.

ἀμφὶ τοὺς διχιλίους] V. Rost §. 155. not. 6. Kühner. T. II. §. 490, 1. (Gr. schol. §. 246, 9.). Infra I, 7, 10. ἀμφὶ τὰ ἑξακόσι. II, 6, 15. ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη. 30. ἀμφὶ τὰ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη. III, 1, 33. ἀμφὶ τοὺς ἑκατόν. IV, 8, 16. ἀμφὶ τοὺς ὀγδοήκοντα — εἰς τοὺς ἑκατόν.

§. 10. Πέλτας] „Strabo XII, 8. Plin. V, 27. Ptolem. V, 2. et Steph. Byz. Phrygiae assignant. Cf. Mannert. Geogr. Gr. et Lat. VI, 3. p. 103." SCHN. „Adde Reichard. *Gesch. des Feldz. d. Rennell.* p. XIV. et Tittmann. *Darstellung d. gr. Staatsverf.* p. 472." BORN. V. Ainsworth. *Travels in the track of the ten thousand Greeks*, p. 24 sq. Koch. l. d. p. 18 sq.

Λύκαια] Lycaei, Iovis sacra memorat Pausan. VIII, 2, 1. Certamina gymnica, in eis habita memorat Pind. Ol. IX, 145. XIII, 153. Nem. X, 89. Quorum praemium χαλκῆν nominat Nem. X, 84., quem scholia λέβητα et ἀσπίδα χαλκῆν interpretantur. SCHN. Phavorinus: Δύκαια ἆθλα ἐν Ἀρκαδίᾳ τελεῖται, ἀνακείμενα τῷ Δυκαίῳ Διΐ. V. Potter. Archaeol. Gr. II, 20. HUTCH. V. Creuzer. Myth. T. II. p. 476 sqq. ed. 2. BORN. Λύκαιον mons Iovi et Pani sacrum erat. Τὰ Λύκαια ἔθυσε praegnanti structura dicitur pro θύσας τὰ Λ. ἦγαγε. Plura exempla dedimus in Gr. T. II. §. 547, 2. (Gr. schol. §. 278, 2.).

τὰ δὲ ἆθλα ἦσαν στλεγγίδες] per attractionem dictum pro τὰ ἆθλα ἦν στλεγγίδες. V. ad I, 4, 4. Στλεγγίδας interpretantur ξύσκαφα, i. e. strigiles, quibus in balneis utebantur ad sordes a corpore radendas. V. veteres lexicographos, quos in partes vocavit Bekkerus in L. X. T. IV. p. 92 sq., quibus Bonne-

Digitized by Google

Digitized by Google

ἐσχάτην πρὸς τῇ Μυσίᾳ χώρᾳ. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας τριάκοντα, εἰς Καΰστρου πεδίον, πόλιν οἰκουμένην. Ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας πέντε· καὶ τοῖς στρατιώταις ὠφείλετο μισθὸς πλέον ἢ τριῶν μηνῶν· καὶ πολλάκις ἰόντες ἐπὶ τὰς θύρας ἀπῄτουν. Ὁ δὲ ἐλπίδας λέγων διῆγε καὶ δῆλος ἦν ἀνιώμενος· οὐ γὰρ 11

mannus addit Intprett. ad Aristoph. Eq. 584. p. 165. ad Thesmoph. 562. p. 398 sq. Lobeck. ad Phryn. p. 299. 460. Schneiderus (quem v. in Lex.) intelligit genus taeniae, quo inaurato mulieres et θεωροὶ caput cingebant, Boeckhius (*Staatsh. d. Athener* II. p. 330 sq.) coronas aut taenias pectini similes: quam interpretationem Krügerus calculo suo probavit. Alii aliter intellexerunt. V. Ainsworth. *Travels in the track of the ten thousand Greeks*, p. 25 sq.

Κεραμῶν ἀγοράν] Hutchinsonus hanc eandem censet esse urbem, quam Plinius in Phrygia post Celaenas, Colossas, Carinam et Cotyaion nominat Ceranas Hist. Nat. V, 41., ubi codd. Regii Cera dant, Harduinus Ceretapa intelligi putabat. SCHNEID. Hutchinsoni sententiam probat Reichard. l. d. p. XIV sq. Accuratius huius urbis situm definire studet Ainsworthius l. d. p. 27. Cf. Koch. l. d. p. 19.

πρὸς τῇ Μυσίᾳ] „Quid tandem hic, postquam exercitus iam Phrygiae maiorem partem peragravit, sibi vult extrema urbs Mysiae vel apud Mysiam? Ne Lydia quidem, quam Zeunius repositurus erat, apta est, sed πρὸς τῇ Πισιδίᾳ postulatur." POPPO. Halbkartius legendum coniecit Φρυγίᾳ. In vulgata acquiescendum censet Bornemannus, quum constet, quam vagos singularum provinciarum fines veteres posuerint, comp. Reichard. l. d.

§. 11. *Καΰστρου πεδίον*] Cyri Disciplina II, 1, 5. in Phrygia minore iuxta Hellespontum collocat, Diodorus XIV, 80. in Ionia, Steph. Byz. *Καΰστρου πεδίον τῆς Ἐφεσίας* ait. Vide Schneid. Ainsworthius l. d. p. 27 sq. demonstrare studet, intelligendum esse campum et oppidum, quod nunc appelletur *Surmeneh*. A qua tamen sententia dissentit Koch. l. d. p. 20.

μισθὸς πλέον ἢ τριῶν μηνῶν] *Πλέον, μεῖον, ἔλαττον* saepe adverbiali modo substantivis adduntur, ubi sequitur numerus. Infra V, 6, 9. *μυριάδας πλέον ἢ δώδεκα*. Ibid.: *Ἅλυν οὐ μεῖον δυοῖν σταδίοιν*. VI, 4, 24: *οἱ ἱππεῖς ἀποκτείνουσι τῶν ἀνδρῶν οὐ μεῖον πεντακοσίους* (ex optimis codd.). Plura suppeditabunt Lobeckius ad Phryn. p. 410 sq. Krügerus ad Dionys. p. 287. Schwidopius in Progr. 1839. p. 18 sq. Kühner. Gr. T. II. §. 748. not. 1. (Gr. schol. §. 323. not. 4.)

ἐπὶ τὰς θύρας] ad praetorium Cyri. II, 5, 31: *ἦσαν ἐπὶ ταῖς θύραις ταῖς Τισσαφέρνους*.

ἐλπίδας λέγων διῆγε] Spes (solas) semper proponebat. V. Buttmann. §. 144. not. 6. Rost. §. 182, 4, 1. Kühner. T. II. §. 664. (Gr. schol. §. 310. I. p. 418.) De locutione *ἐλπίδας λέγειν* Menkius apte comparat Soph. O. R. 917: *εἰ φόβους λέγοι*. De plurali v. ad II, 5, 1.

δῆλος ἦν ἀνιώμενος] V. Buttm. §. 151, 7. Kühner. T. II. §. 658. not. 2. (Gr. schol. §. 310. not. 3.) I, 5, 9. 10, 5. II, 4, 2: *ἐν-*

12 ἦν πρὸς τοῦ Κύρου τρόπου ἔχοντα μὴ ἀποδιδόναι. Ἐνταῦθα ἀφικνεῖται Ἐπύαξα, ἡ Συεννέσιος γυνὴ τοῦ Κιλίκων βασιλέως, παρὰ Κῦρον· καὶ ἐλέγετο Κύρῳ δοῦναι χρήματα πολλά. Τῇ δ' οὖν στρατιᾷ τότε ἀπέδωκε Κῦρος μισθὸν τεττάρων μηνῶν. Εἶχε δὲ ἡ Κίλισσα καὶ φυλακὴν περὶ αὑτὴν Κίλικας καὶ Ἀσπενδίους· ἐλέγετο
13 δὲ καὶ συγγενέσθαι Κῦρον τῇ Κιλίσσῃ. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, εἰς Θύμβριον, πόλιν οἰκουμένην. Ἐνταῦθα ἦν παρὰ τὴν ὁδὸν κρήνη ἡ Μίδου καλουμένη τοῦ Φρυγῶν βασιλέως, ἐφ' ᾗ λέγε-

§. 12. Τῇ δ' οὖν] v. adn. — ἡ Κ. καὶ φυλακήν] ABC ἡ Κ. φυλακὴν καὶ φύλακας, O ἡ Κ. καὶ φυλακὴν καὶ φύλακας; in M3, 4, 6 καὶ φυλακήν post sequens demum τῇ Κιλίσσῃ addita sunt; vulgo ἡ Κ. καὶ φύλακας περὶ αὑτήν. Verba καὶ φύλακας apertum sunt glossema, quod, margini adscriptum, postea in ipsa Xe-

δηλοι ἦσαν — προσέχοντες τὸν νοῦν. 5, 27. 6, 21. 23: στέργων δὲ (Μένων) φανερὸς μὲν ἦν οὐδένα, ὅτῳ δὲ φαίη φίλος εἶναι, τούτῳ ἔνδηλος ἐγίγνετο ἐπιβουλεύων. IV, 3, 24. V, 5, 24. VII, 7, 24. Cf. infra ad V, 2, 26: δῆλοι ἦσαν, ὅτι ἐπικείσονται. Nec dispari ratione I, 5, 9: συνιδεῖν δ' ἦν — ἡ βασιλέως ἀρχὴ — ἰσχυρὰ οὖσα.

οὐ — ἦν πρὸς τοῦ Κύρου τρόπου] non conveniebat Cyri moribus. Sic saepe praepositio πρός cum genitivo sociata significat id, quod alicuius est proprium, quod ex alicuius natura, more proficiscitur. V. nos in Gr. T. II. §. 316. not. et §. 509. β. (Gr. schol. §. 298. I.) et ad Commentar. II, 3, 15.

§. 12. Συεννέσιος] „Syennesis antiquissimum Ciliciae regum nomen est (Herod. I, 74.), quo etiam posteriores, Persis tributarios factos, appellatos videmus (Cyr. VIII, 6, 8. Aesch. Pers. 324.): unde coniicias nomen dignitatis fuisse." KRÜG. Quam coniecturam probare non possum.

Τῇ δ' οὖν στρατιᾷ] Hanc scripturam tuentur ABCDEFG HIKLM1, 3. Vulgo legebatur τῇ οὖν στρ. Poppo e Schneideri coniectura edidit τῇ γοῦν στρ. At particulae δ' οὖν h. l. optime sese habent. Οὖν cum particulis, ut δέ, ἀλλά, ἀτάρ, aliis, iuncta habet vim confirmativam. Verte: Epyaxa dicebatur Cyro magnam pecuniam dedisse; quomodocunque autem res sese habet, id certum est, Cyrum exercitui stipendium dedisse. Cf. infra §. 21. 25: ἦσαν δ' οὖν οὗτοι ἑκατὸν ὁπλῖται, cum 3, 5: εἰ μὲν δὴ δίκαια ποιήσω, οὐκ οἶδα· αἱρήσομαι δ' οὖν ὑμᾶς. II, 4, 6: ποταμὸς δὲ εἰ μέν τις καὶ ἄλλος ἄρα ἡμῖν ἐστι διαβατέος, οὐκ οἶδα· τὸν δ' οὖν Εὐφράτην ἴσμεν ὅτι ἀδύνατον διαβῆναι. V, 6, 11: οἱ δ' οὖν Ἕλληνες ἐψηφίσαντο. V. Hartung. Graec. Part. T. II. p. 12 et 20. Stallbaum. ad Platon. Rpb. X. p. 608. A. Kühner. Gr. T. II. §. 706, 2.

Ἀσπενδίους] Aspendus urbs Pamphyliae fuit.

ἐλέγετο — συγγενέσθαι Κῦρον] Eadem structura I, 8, 6. IV, 1, 3. V. Rost. §. 184. not. 8. Kühner. T. II. §. 649, 3. a. (Gr. schol. §. 307. not. 6.).

§. 13. Θύμβριον] „Hutchinson suspicatur eandem urbem esse, quae in Cyrop. VI, 2, 11.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

του Μίδας τὸν Σάτυρον θηρεῦσαι οἴνῳ κεράσας αὐτήν. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς δύο, παρασάγγας δέκα, 14
εἰς Τυραῖον, πόλιν οἰκουμένην. Ἐνταῦθα ἔμεινεν ἡμέρας τρεῖς. Καὶ λέγεται δεηθῆναι ἡ Κίλισσα Κύρου ἐπιδεῖξαι τὸ στράτευμα αὐτῇ· βουλόμενος οὖν ἐπιδεῖξαι ἐξέτασιν ποιεῖται ἐν τῷ πεδίῳ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων. Ἐκέλευσε δὲ τοὺς Ἕλληνας, ὡς νόμος αὐ- 15
τοῖς εἰς μάχην, οὕτω ταχθῆναι καὶ στῆναι, συνταξαι δὲ ἕκαστον τοὺς ἑαυτοῦ. Ἐτάχθησαν οὖν ἐπὶ τεττάρων· εἶχε δὲ τὸ μὲν δεξιὸν Μένων καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, τὸ δὲ εὐ-

nophontis verba irrepsit. — §. 13. *αὐτήν*] restituit Zeun. ex Aristide, Brod., interpretatione Amasaei et marg. Steph. 2. pro vulg. *αὐτόν*. — §. 14. *Τυραῖον*] sic ABCE et Hieroclea p. 672.; *Τύρανον* M; *Τυριαῖον* ceteri, uti etiam Dind, cum Tzschuk. ad Strabon. V. p. 650. edidit. — *αὐτῇ*] v. adn.

VII, 1, 44. *Θύμβραρα* vocatur. In priore loco est *Θυμβριά* in Guelf., marg. Leoncl. ibidem *Θύμβριον* refert." SCHN. „Non assentiamur Hutchinsono recentiores geographi, quos comparavit Lion." BORN. Ainsworthius l. d. p. 29 sq. putat esse oppidum, quod hodie appellatur *Iskáklí*, situm inter fontem *Olú Bínár* (*κρήνην τὴν Μίδου*) et oppidum *Akshéhr*. Aliter indicat Koch. l. d. p. 22.

Μίδου] De Midae fabula v. Nitschii *neues mythol. Wörterb.* ed. II. Klopferi, T. II. p. 247 — 250. et Schneidernm Bornemannumque ad h. l.

τὸν Σάτυρον] Silenum, Bacchi praeceptorem.

§. 14. *Τυραῖον*] Strabo XIV. p. 466. (p. 212.) vocat urbem confinem Phrygiae et Lycaoniae, Kinneir. *Journey through Asia min.* etc. p. 225. oppidum esse putat, quod hodie vocatur *Eilgoun* (*Ilghun*). Rectius Ainsworthius l. d. p. 32 sq. contendit cum oppido, quod nunc appellatur *Arkut Khún*. Cf. Koch. l. d. p. 23.

αὐτῇ] Sic scripsi cum Bornemanno pro vulg. *ἑαυτῇ*, quia in ABCDRM2 legitur *αὐτῇ*, quod, a multis editoribus receptum, h. l. vix ferri potest. Reperiuntur quidem multi loci, in quibus pronomen *αὐτός* legitur, ubi e Latini sermonis ratione exspectes reflexivum *ἑαυτοῦ* (*αὐτοῦ*); v. nos ad Xen. Commentar. I, 2, 49: *πείθων μὲν τοὺς συνόντας αὑτῷ σοφωτέρους ποιεῖν τῶν πατέρων*, et infra ad III, 1, 18.; sed hi loci multum differunt ab eo, quem nunc tractamus. Saepe haec pronomina in codd. inter se permutantur. V. ad I, 6, 4.

§. 15. *ὡς νόμος αὐτοῖς εἰς μάχην*] Scil. *ταχθῆναι*, quod *ἀπὸ κοινοῦ* ex seqq. supplendum est. V. nos in Gr. T. II. §. 852 g. (Gr. schol. §. 346, 2.) et in Indice ad Xen. Commentar. v. *ἀπὸ κοινοῦ* p. 505. Infra I, 4, 12: *ἂν μή τις διδῷ, ὥσπερ τοῖς πρότερον* sc. *δοθῆναι ἔφασαν*. 7, 5: *οὐδ' εἰ* — *βούλοιτο* (sc. *ἀποδοῦναι*), *δύνασθαι ἂν ἀποδοῦναι* (sc. *λέγουσιν*). II, 4, 13. 5, 27. III, 1, 8. V, 7, 12. VI, 1, 3. 3, 14, 19. 6, 14: *πειστέον, ὅτιἂν πελεύωσι* sc. *πείθεσθαι*.

ἕκαστον] *στρατηγόν*.

ἐπὶ τεττάρων] *εἰς τέτταρας*, in quaternos, h. e. ita, ut altitudo sit quaternorum (*vier Mann hoch*). Infra IV, 8, 11: *ἐὰν*

Digitized by Google

ὤνυμον Κλέαρχος καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου, τὸ δὲ μέσον οἱ ἄλλοι
16 στρατηγοί. Ἐνεώρει οὖν ὁ Κῦρος πρῶτον μὲν τοὺς βαρβάρους· οἱ δὲ παρήλαυνον τεταγμένοι κατ' ἴλας καὶ κατὰ τάξεις· εἶτα δὲ τοὺς Ἕλληνας, παρελαύνων ἐφ' ἅρματος καὶ ἡ Κίλισσα ἐφ' ἁρμαμάξης. Εἶχον δὲ πάντες κράνη χαλκᾶ καὶ χιτῶνας φοινικίους καὶ κνημῖδας καὶ
17 τὰς ἀσπίδας ἐκκεκαλυμμένας. Ἐπειδὴ δὲ πάντας παρήλασε, στήσας τὸ ἅρμα πρὸ τῆς φάλαγγος μέσης πέμψας Πίγρητα τὸν ἑρμηνέα παρὰ τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλ-

§. 15. *ἐξ ἐκείνου*] v. adn. — §. 16. *φοινικίους*] v. adn. — *ἐκκεκαλυμμένας*] v. adn. — §. 17. *μέσης*] sic A J M1, 2, Steph. cum asterisco; vulg. om. *μέσης*; K habet *φ. πάσης*,

δ' ἐπὶ ὀλίγων τεταγμένοι ἴαμεν. V. nos in Gr. T. II. §. 611. p. 296. (Gr. schol. §. 296. I. p. 383.)

οἱ ἐξ ἐκείνου] quasi: qui ab illius imperio pendebant, h. e. qui eius imperio subiecti erant. Iniuria Dindorfius cum aliis editoribus delevit *ἐξ*, quod tuentur optimi codd. A B C D M1, 2, 3, O.

§. 16. *κατ' ἴλας καὶ κατὰ τάξεις*] turmatim (de equitibus) et centuriatim (de peditibus); nobis: *schwadronenweise* et *compagnieweise*.

ἁρματος — ἁρμαμάξης] Ἅρμα est currus bellicus, *ἁρμάμαξα* carpentum, quo vehebantur apud Persas mulieres et pueri. V. Sturzii L. X. T. I. p. 409.

φοινικίους] Revocavi hanc scripturam optimorum codd. cum A B C E auctoritate fultam pro vulg. *φοινικοῦς*, non ignorans Cyrop. I, 1, 2. *χιτῶσι φοινικοῖς* in omnibus codd. legi. Neque me movet Herodotus IX, 22. *κιθῶνα φοινίκεον*. Utraque forma, et in *οῦς* et in *ους*, Attica est, neque statuendum est, quod Xenophon alio loco forma in *οῦς* desinente usus sit, idcirco altera eum plane abstinuisse, quum in aliis quoque multis variaverit. — Saga militaria punicei coloris in bello gestandi mos proprius erat Lacedaemoniorum (v. quos Sauppius ad Xen. R. L. XI, 3. p. 62, ed. Lips. 1838. laudat, in primis C. O. Müllerum in *Dorier* T. II. p. 244 sq. 251.), a quibus etiam ad reliquos Graecos et Persas transiit. V. Schneiderum ad Cyrop. VI, 4, 1, et quem addit Bornemannus Brissonium de regno Pers. p. 554. 642. 660.

ἐκκεκαλυμμένας] Hanc scripturam cum Poppone ex A B C D E M N O revocavi pro vulg. *ἐκκεκαθαρμένας*. Illud Zeuniua recte accipit de involucris clypeorum, quae apud Graecos *ἐπίσημα*, *ἔλυτρα*, *θῆκαι τῶν ὅπλων*, appellabantur, comp. schol. Aristoph. Ach. 574. et Caryophil. de vett. clypeis p. 35. De Romanis comp. Cic. N. D. II, 14. Caes. B. G. II, 21: scutisque tegimenta detrahenda. Weiskius Xenophontem scripsisse suspicatur: *τὰς κνημῖδας ἐκκεκαθαρμένας καὶ τὰς ἀσπίδας ἐκκεκαλυμμένας*. Coniectura elegantissima illa quidem, nec tamen necessaria. Epitheta *χαλκᾶ* et *φοινικίους* necessario requiruntur; epitheto *ἐκκεκαλυμμένας* facilius quidem careamus, sed quum scuta involucris tecta esse soleret, non inepte id additum est; ocreas autem in recensione militum ad ostentationem facta sordibus purgatas et politas fuisse per se patet.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

λήνων ἐκέλευσε προβαλέσθαι τὰ ὅπλα καὶ ἐπιχωρῆσαι ὅλην τὴν φάλαγγα. Οἱ δὲ ταῦτα προεῖπον τοῖς στρατιώταις· καὶ ἐπεὶ ἐσάλπιγξε, προβαλλόμενοί τὰ ὅπλα ἐπῄεσαν. Ἐκ δὲ τούτου θᾶσσον προϊόντων σὺν κραυγῇ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου δρόμος ἐγένετο τοῖς στρατιώταις ἐπὶ τὰς σκηνάς. Τῶν δὲ βαρβάρων φόβος πολὺς καὶ ἄλλους, καὶ 18
ἥ τε Κίλισσα ἔφυγεν ἐκ τῆς ἁρμαμάξης καὶ οἱ ἐκ τῆς ἀγορᾶς καταλιπόντες τὰ ὤνια ἔφυγον· οἱ δὲ Ἕλληνες σὺν γέλωτι ἐπὶ τὰς σκηνὰς ἦλθον. Ἡ δὲ Κίλισσα ἰδοῦσα

— θᾶσσον] sic ABCD pro θᾶττον. — §. 18. φόβος πολὺς καί] sic ABCM1,2,3 pro πολύς τε καί. — ἔφυγον] sic ABCD pro ἔφευγον.

§. 17. στήσας — πέμψας] V. ad I, 1, 7. ὑπολαβών — συλλέξας.

προβαλέσθαι τὰ ὅπλα] Scutum et hastam proiicere, illud ad corpus tegendum, hanc ad adversarium propulsandum, aut petendum. VI, 5, 16. Sed IV, 2, 21, προβεβλημένος sine obiecto legitur.

ἐπιχωρῆσαι] quasi contra hostem ire. Paullo post sequitur ἐπῄεσαν, προϊόντων.

ἐσάλπιγξε] Scil. ὁ σαλπιγκτής, quod latet in ipso verbo. V. Buttm. §. 129, 16. Rost. §. 146, 3. Kühner. T. II. §. 414, 2. (Gr. schol. §. 288, 4. b.) Infra II, 2, 3: ἐπειδὰν δὲ σημήνῃ τῷ κέρατι. V, 2, 12: ὁπόταν σημήνῃ. III, 4, 4: ἐσήμηνε τοῖς Ἕλλησι τῇ σάλπιγγι. 36. ἐκήρυξε.

προϊόντων] Sc. αὐτῶν. V. Buttm. §. 145, 4. Rost. §. 162. not. 1. Kühner. T. II. §. 666. not. 3. (Gr. schol. §. 312. not. 4.) Infra I, 8, 12. ἰόντων 6, 1. προιόντων. 10, 6. προσιόντος. II, 1, 3: ἤδη δὲ ἐν ὁρμῇ ὄντων. III, 1, 40: οὕτω γε ἐχόντων, rebus sic comparatis. IV, 5, 9. πορευομένων. 8, 5. ἐρωτήσαντος. V, 4, 16. προσιόντων. 5, 4. καταδυσάντων. 8, 13. ἰόντων καὶ μαχουμένων. VI, 4, 16. θυομένων. VII, 2, 14. ὄντων.

§. 18. φόβος πολύς] Scil. ἦν. Infra VII, 2, 15. ἀνάγκη (sc. ἦν). Lycurg. in Leocrat. §. 59. Rarior est haec ellipsis. V. Gr. T. II. §. 417. (Gr. schol. §. 238. not. 7.) Verba ita construenda sunt: φόβος πολὺς ἦν καὶ ἄλλοις τῶν βαρβάρων, καὶ κτλ. Pro καὶ ἥ τε Κίλισσα vulgaris grammaticae ratio requirebat καὶ τῇ τε Κιλίσσῃ, ἥ ἔφυγεν —, καὶ τοῖς ἐκ τῆς ἀγορᾶς, οἳ — ἔφυγον; sed consulto Xenophon hanc structuram mutavit; quo maiore vi Cilissae factum efferretur. Sic saepe pro secundaria enuntiatione ponitur primaria. V. Gr. T. II. §. 720, 4.

ἔφυγεν ἐκ τῆς ἁρμαμάξης] Zennius pro ἐπὶ τῆς ἁρμ. (in carpento fugit) accipit; Weiskius praepositione ἐκ magnum incitantis equos nisum significari existimat; Lionus reginam exsiluisse e curru statuit, ut tanto celerius aufugere posset. Harmamaxa enim, inquit, non equis, sed bobus vel mulis iuncta, reginae fugam magis retardabat, quam adiuvabat; et homines praemio pavore saepe ea faciunt, quae sana mente non fecissent. Quae sententia probanda est.

οἱ ἐκ τῆς ἀγορᾶς — ἔφυγον] Pro οἱ ἐν τῇ ἀγορᾷ ὄντες, ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἔφυγον. V. ad I, 1, 5 τῶν παρὰ βασιλέως. Ἀγορά est rerum venalium forum in castris. Cf. I, 3, 14.

Digitized by Google

τὴν λαμπρότητα καὶ τὴν τάξιν τοῦ στρατεύματος ἐθαύμασε. Κῦρος δὲ ἤσθη τὸν ἐκ τῶν Ἑλλήνων εἰς τοὺς
19 βαρβάρους φόβον ἰδών. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας εἴκοσιν, εἰς Ἰκόνιον, τῆς Φρυγίας πόλιν ἐσχάτην. Ἐνταῦθα ἔμεινε τρεῖς ἡμέρας. Ἐντεῦθεν ἐξελαύνει διὰ τῆς Λυκαονίας σταθμοὺς πέντε, παρασάγγας τριάκοντα. Ταύτην τὴν χώραν ἐπέτρεψε διαρ-
20 πάσαι τοῖς Ἕλλησιν ὡς πολεμίαν οὖσαν. Ἐντεῦθεν Κῦρος τὴν Κίλισσαν εἰς τὴν Κιλικίαν ἀποπέμπει τὴν ταχίστην ὁδόν· καὶ συνέπεμψεν αὐτῇ στρατιώτας οὓς Μένων εἶχε καὶ αὐτόν· Κῦρος δὲ μετὰ τῶν ἄλλων ἐξελαύνει

